

fecutum : nec sibi, nec suis, nec Ecclesie peperit, Caesarem Henricum III. & aulicos placando, dummodo id efficeret, ut Ecclesia liberaretur. Proinde tantos visus est in curia labores tolerasse, tantisque ubique terrarum expeditionibus, cum suis sponte defudasse, ut indefatigabilem ejus constantiam miraretur Caesar, ad omnia reipublice consilia primum illum habere voluerit. Expeditiones in Ungariam, Vandaliam, Italiam, Flandriam cum Caesare fecit multas. Crantzii lib. 4. Metrop. cap. 23.

HARVEIUS II. Bremensis Archiepiscopus, manu valida intrans Thimariam, ad deditonem compulsi rebelles. Illi pecuniam magnam promiserunt. At cum Adolphus de Holstia, & Christianus de Oldenborg comites, & alii nobiles stipendium militie requirerent, Archiepiscopus ministrorum suorum consilio, qui fidei iussores intervenerant, redditus Episcopales per triennium impendit, ut infra tempus illud omnia esse integro solverentur. Ipse interim deus, qua de cathedratico, vel Ecclesiarum concanationibus consequi poterant, viditabat. Thimarsi cum pecuniam promissam solvere non possent : ad Valdemarum Slesvicensem Episcopum defece- runt. Crantzii lib. 7. Netrop. c. 13.

HILDEBROLDUS Bremensis Archiepiscopus, accepta a rege Danie pecunia, civitatem Slesvicensem obsedit, primus Bremensis pontificum, qui venalem produxerit exercitum, & stipendia mereret. Crantzii lib. 8. Metrop. c. 24.

THEODORICUS, Episcopus Lubicensis, cum Tzevenam in dioecesi Bremensi cenobium sacrarum virginum visitaret : Bremenses cives, cum adversus Stadii praesidium essent, praedam abegerunt omnia se sua perdidit. Vix sacra posuerat, conquerebant omnia se sua perdidit. Vix sacra posuerat, conquerebant omnia se sua perdidit. Vix sacra posuerat, conquerebant omnia se sua perdidit.

VEREKINDUS de Monte, Episcopus Mindensis, in religione non segnus, in armis strenuus, jura Ecclesie suae tuebatur adversus quoscumque. Erat illi controversia cum ducibus de Brunsuico, quae de morte gentis non aliter, quam armis dirimi poterat, Periculum est ad arma. Congressus utrinque manu militari, & confligentibus hinc atque inde ferociter, victoria cessit magnifica pontifici. Victus dux, terga dedit victori. Obiit an. 1384. Crantzii lib. 6. Fund. c. 25.

JOANNES DE ASSEL decretorum doctor, vir magnae scientiae patris, & providentiae, ad episcopatum Verdensem prove- nit. Vicini, per foedera praedecessorum astricti ram- pimus, excursionses faciebant. Ille processum iustitiae, & juris contra eos putavit institutum, & evocarent ad iudicium. Tum quaedam militarium : Nihil (inquit) opus est evocare, sua sponte veniant, priusquam evocentur. Quid igitur faci- mus ? ait Episcopus. Hoc, ille, inquit, domine, quod nos solemus, ut indutus lorica, lanceam brachio subjectam in eos dirigas. Neque ille abnuvit, cum robusto corpore esset. Ministeriales ejus iter praecipitantes, deliquerant in sylva, qua transitarum sciebant, tentati vires domini sui, incur- runt hostiliter. Ille impiger hastam quoque suam vibrat. Vix illi praeterierant, & ecce cuneus alter incurrit. Ille, quod necesse videbatur, venientibus aciem haste praetendit, statim- que hi aboriunt, qui sint : Sic (inquietus) necesse est fieri. Tum ille. Non putabam (inquit) ex angulo bis armatos pro- ducere. Tum illi, in ludo, inquit, militati omnia necesse est provideri, non habet ista res certas observantias : Obiit an. 1470. Crantzii lib. 11. Netrop. c. 29.

LULLIUS Moguntinus Episcopus interfuit bellis a Carolo Magno gestis : ut indicant Malmesburii, & Lelandus apud Baitam. Centuria 13. c. 56.

LUTHERUS Episcopus Moguntinus : seculo duodecimo a Christi natalitate, cum aecolis Rheni, & Lotharingis, per saltus Hercinios in Bohemiam, manu, ferroque viam aperiens, transiit : & quinque reges Bohemorum sibi occurrentes egredi- dit, regionem quae illam praedando, & inflammando peragra- vit, ac cum triumpho reversus est. Aventinus lib. 4.

Boemi.

JOANNES DE PRAGA Olomucensis Episcopus creatus, ad- versante sibi Venceslao Romano rege, & Boemia rege, Alfo- nem Canonico Vilegradensem amulum habuit. Caeterum a Concilio Constantiensi Joannis electio approbata fuit, adeo ut in Cardinalium etiam eorum sub titulo sancti Cyriaci fue-

rie aggregatus an. 1426. Hic non pontificem modo egit, sed fortissimum & militem, & imperatorem, Hussitarum co- E- pius ipsius auspicio saepe fuis. Cataphraeo equo insidens, in- structus eorum aciebus saepe occurrit, ob id vulgo Ferrus nun- cupatus. August. Moravus in catalogo Episcop. Olomucensium.

GEORGIUS MARTINUS Dalmata, Vataidensis Amites, bello paceque potens, Joanne rege Hungariae Stephano filio infanti tutor relictus, contra Ferdinandum regem Solyman- ni arma imploravit, & Budam egregie defendit. A Julio III. Cardinalis creatus est. Neque vero tum primum, sed multa ante spectata fuit virtus ejus, cum & ipse Ferdinandus hostis saepe diceret, nihil se proflus invidere Joanni, quam unum cucullatum, qui galeatis decem millibus tuendo regno potior haberetur. Monachum vulgo appellabant, quod esse, Ordinis Pauli primi eremite. Tanta ei merat auctoritas, cum sum- ma in omnes casus urgentium rerum industria, ut cum con- cionanti similis prodiret, quo vellet, vel corruptos, alienatof- que civium animos impelleret. Tandem cum in affectati regni suspitionem incidisset, ex insidiis interceptus est. Jo- vius.

Dani, Suesoni.

ASSALON Roskildensis primus Episcopus, inde etiam Lu- densium Archiepiscopus, Valdemari regis Danorum colla- taneus, bellicosissimus fuit : cuius signum nunquam sine fuga ab hostibus spectari solitum, multas, atque illustres vi- ctorias, cum alias tum praeteritae de Sclavis regi peperit. Saxo F lib. 14. Cap. 109.

Rege Carolo Canuto pulso, Joannes Uvalensis archiepi- scopus Christianum Danum regem Sueonum imposuerat. Christianus Sueonum vim suspectam habens, Joannem in vincula coniecit secum abduxit. Caillus Linconensis epis- copus, Joannis nepos, visa Danorum tyrannide, pontificalia indumenta praesente Canonico collegio, induit, quasi rem divinam solemniter peracturus : caque rursus, & sine mora singillatim exuens, & ad summum in ecclesia Linconensi al- tare reponens, votum vovit Deo, se non prius ea recepturum, quam oppressam patriam a tyrannorum servitute liberasset. Deinde ex eodem loco sumptis militibus armis insit cata- phtaei militis ad preparatum militiam extra ecclesiam septa egressus, comites habuit Canonicos, cum rei novitatem la- chrymis, & gemibus prosequentes. Ad quos conversus, dixit fertur illud Psalmi : Propter miseriam inopum, & ge- mitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Valido exercitu munius, fugam simulans, Christiani exercitum ad loca insidiis opportuna deducit, ubi Danos glaciali pugna ex- cepit, & memorabilem victoriam adeptus est, ut hostes ful- mine, ac turbine icti viderentur. Vix aliud praclarum offi- cium ab aliquo pontifice in patriam unquam collatum memo- ratur. Ea pugna patria in libertatem, & Carolus in patriam, atque archiepiscopus in suam metropolim restitutus fuit. Joan. Magnus lib. 23. cap. 9.

BELICA A DOCTIS TRACTATA.

Consule Titulum, Dosi duces.

Cum expeditionem maritimam Philippus in Euboeam ador- nasset, agerente Athenienses timidius, classem Hyperides orator coegit ex privatorum liberalitate XL. triremium, ac principes vos, silique nomine triremes duas armavit. Plut. in vita Hyperidis.

Ex loco Impietatis, exempla eorum, qui Sacra teme- rd conturbaverunt.

MECHANICA TRACTATA.

A factis hominibus.

Non fuit satis Apostolis tantum spiritualia curare negotia, sed si quid superaret temporis, manuum labori impendebant. Lucas in Actis testatur, Paulum Apostolum, cum Corinthi apud Aquilam, & Priscillam hospitaretur, sabbathis quidem in synagoga disputare solitum, reliquis vero diebus artem fabricato- riam exercuisse, & ipsemet in epistola ad Corinthios, ab Epheso scribens, ait : Laboramus operantes manibus nostris. In epistola quoque ad Thessalonicenses : Non inquieti, inquit, fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab ali- quo : sed in labore, & in vigilia nocte, & die operantes, al- quem vestrum gravaremus non quasi non habuerimus pote- statem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitan- dum nos. Nam cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis : Quoniam si quis non vult operari, non manducet. Rur- sumque in Actis, ad majores natu ecclesiae, qui Ephesi erat, loquens, ait : Argentum, & aurum, aut vestem nullius concu- pivi,

pivi, sicut ipsi fecitis : quoniam ad ea, qui mihi opus erant, A & is, qui necum sunt, ministraverunt manusibus. Omnia ostendi vobis quoniam fac laborantes oportet suscipere infir- mos, ac memisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit : Beatus est magis dare, quam accipere. Ab Aimore Cantua- riensi Archidiacono de Paulo traditum est, quod a gallicinio usque ad horam quintam operi manuum, & inde usque ad horam vespertinam faciendis ad populum sermonibus vacare so- litus sit : restiduum vero temporis impendit, cibo, somno, praerati. Ita nulla hora illi praeterit immunitis, experisue laboris, nisi quam edendi, dormiendique necessitas interpella- bat, mente interim Deo intenta. Marul. lib. 3. c. 9.

Petrus, & Thomae, & Jacobum, & Joannem post susceptum Apostolorum officium, pificatione se exercuisse, quin immo jubente Domino laxasse rete, in Evangelio legi- mus. Quis tale opus reprehendere audeat, si Dominus ju- bendo approbavit ?

Antonius eremita solitudinis radio affectus, exclamare coepit : Servari cupio, Domine, & cogitationes meae mihi adversantur. Mox ubi de cella prodit, conspicit hominem monachali habitu succinctum, nunc calathos tenen- tem, nunc ad orandum procumbentem. Et dum rem ta- cito miratur, ab eodem tandem audivit : Sic & tu age, Antoni, & tentationes vinces. Cumque id loquentem stam- non comparuisse animadverteret, Angelum Dei fuisse intellexit. Ibidem.

Antonius Abbas hominum ad se confluentium frequentia offensus, relicto monasterio ulteriori eremum petiit : ac ne fratres victim ipsi deferendo vexarentur (triduum enim irinere ab eis distabat) terram coluit, sementemque fecit, & olivula plantavit, ut etiam his, qui visendi gratia accessis- sent, ad convescendum satis esset. Si quid cui suppetere, sportulas de palmarum foliis texebat. Marulus lib. 3. c. 9. Sab. lib. 2. cap. 9.

Venerius Abbas, dum solitarii in Palmaria insula, quae a continenti Lunensis oppido octo millia passuum abest, vi- tam dure admodum, asperaque ageret, diu herbis pomisque sylvestribus sustentatus, tandem ad agri se culturam accinxit, tanto Dominum servatore, ut unum farculum, hordeique modic- um habens, die uno humum proficeret, semen sperferit, messem secuerit. Ibidem.

Cum Pacomio Abbate in quodam Thebaidis monasterio mille quingenti Monachi erant, omnes manibus sibi victim comparantes, ita ut etiam extra monasterium pauperibus ali- moniae subsidia mitterent. Plurima inter eos artificum opera, & necessitates, & exercitii gratia, ut edomica assiduis fatiga- tionibus caro disceret servire spiritui. Ibidem.

Phyloeonius presbyter, dum in quodam Galliciae monte multa se abstinentia fastigaret, non minus manuum opera- tione exercebatur. Inde illi suppetere potuerunt longinque peregrinationis impensa, Romani, Hierosolymamque itant. Ibidem.

De Archebio Cassianus refert, quod dum adhuc in cenobio cum fratribus versaretur, laborem, quo ubi om- nes suis horis exercebantur, sibi duplicando pro matre credi- tori satisfecerit, cum ipsa obiit inopiam solvendo non esset. De- inde solitarii in insulam secutus, cum in insula Nili vi- tam duceret, Cassiano ad adventum, atque ibidem inter anchoreras residere cupienti, cellam cum suppellectile dono obtulit, se inde transmigraare velle dicens. Post paucos au- tem dies reversus, alteram multo labore sibi construxit. Sed mox & illam simul cum instrumentis pari simulatione aliis D & appulsis concessit, & jam tertiam (ut ipse Cassianus tra- dit) sibi ponere moliebatur. Hanc etiam daturus, si habi- tationem invenisset. Ibidem.

Serapionis Abbas Monachi manuum mercede sibi in diem alimentum conquirebat. Cum in agris tempestiva messis esset, rusticis operam locabant, & quicquid stipis inde exigissent, indigentibus (hisque maxime, qui in vinculis erant) erogab- ant. Marul. lib. 3. c. 9. Sab. lib. 2. c. 9.

Joannes Abbas, qui in Thebaidis eremo vitam duxit, sin- gulis Dominicis diebus pane ab Angelo delato se sustentavit : ceteris diebus siccellas tendo victum paravit. Ibidem.

Vando Abbas, Fontanella in Gallia, a Batilde regina divinitus monita, plautum cibarius onustum accepit. Sed deinceps de operibus manuum victui suo necessaria suppeditavit. Ibidem.

Dorotheus in desertis Aegypti Abbas, noctis quoque par- tem operi manuum dabat, sportulas contexere solens, inter- diu autem lapides convehere, & cellas edificare, quas sibi ha-

bitare volentibus ultro offerere. Sportulis autem dividendis, pretium omne indigentibus donabat. Ibidem.

Manuum labore victivasse fertur Hilarius Abbas in monte Emiliis commoratus, atque ibidem suis impensis Ecclesiam construxisse. Ibidem.

Divus Hieronymus ad Demetriadem virginem sic scribit : Statue, quot horis sanctam Scripturam edicere debeas, quan- to tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem, & instructionem animae. Cumque haec finicis spacia, & fre- quenter te ad figenda genus sollicitudo animae suscitaverit, ha- beto lanam semper in manibus, vel staminis pollice fila dedu- cito, vel ad torquenda subtegmina in alveolis fusi verantur, aliarumque neta aut in globum collige, aut texenda compones, quae texta sunt, respice, quae errata reprehende, quae facienda, constitue. Si tantis operum varietatibus fueris occupata, nun- quam dies tibi longi erunt : sed quamvis alius tendatur sibi- bus, breves videbuntur : sed quamvis alius tendatur sibi- bus, breves videbuntur, in quibus aliquid operis praetermissum non est. Haec observans, & ceptam salvas, & alias, crif- que magistra sanctae conversationis, multarumque castitatem lucrum tuum facies, Scriptura dicente : In desideris est ani- mae omnis otiosi. Nec ideo tibi ab opere cessandum est, quia Deo propicio nulla res indiget : sed ideo cum omnibus labo- randum est, ut per occasionem operis nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet servitium, Marul. lib. 3. c. 9. F

A Regibus, Principibus.

Hic de iis tantum, qui ipsas manus operationi me- chanicae qualicumque adhibere. Nam qui habitum me- chanicum in aliis laudant, colunt, admirantur, sub cu- jusque artis cultu in specie, in genere vero sub Mecha- nicarum cultu, & studio recensentur.

Achilles, cum esset certius a Jove (ut potest Achivum) ip- se propria manu carnes exans, legatis, qui ab Achivis venie- rant, cecorum fummo studio parare non erubuit. Aelian. lib. 7. de Var. Hist.

Ulysses Homericus, statuerat etiam ipse, multa se scire, & quae licet, manibus etiam exsequi. Domum rediturus ex insula Calypsus, ipse sua manu solo gladio, & sive rarem, qui veheret, elegerunt confect. Ibidem.

Gambrius Thulconum septimus rex, circiter annum mundi 3413. economiae studiosus, docuit primus decoquere cervisiam. Gassar. in Epitome Chron.

A Philosophis, Literatis.

Cleanthis, Menedemi, Aesclepiadis exempla, qui interdu philosophati sunt, noctu mechanicis exercitiis alimenta sibi pararunt, & potu ex Tit. T. Aupertatem qui studio eruditionis contempserit.

Ab Imperiis.

Prometheus, cum a Jove donum accepisset formandi a luto homines, & jam plurimos formasset, & aliquando abiisset ab officina longius, accessit frater Epimetheus polypragmon, & fratris Promethei opera imitari coepit, fabricatoisque festinan- ter, & indiligenter a se homines fratris operibus commisit. Quare cum jam Prometheus, indito singulari vitali spiritu eos in lucem produceret, quos Epimetheus inxerat, omnes stulti, inepti, & stupidi, & improbi etiam evaserunt, qui vero Pro- methei opus erant, omnes pii, sapientes, probi, atque honesti prodierunt. Glib. Cogn. lib. 2. narat.

De quodam Rustico refert Bartolus in suo tractatu de Fal- cone, in primo, qui falconem cujusdam nobilis venatoris per- ditum reperit, cum gelis, & sonalis, quem polius fuit banco. H & dedit ei beccare panem, caseum, rapas, & carnes salvas, de quibus ipse rusticus nutrebat, occasione quorum cibatorum falco interit. Et cum quae sit, decidit Bartolus ibi, quod sic. Nam tene- tur pro illo damno ad interesse, non actione legis Aquiliae, quia falconem non occidit, sed teneatur actione in factum, quia ipsum male nutrebat, & imperite tractando causam mortis praebuit. I. quis ad ions. §. Celsus. ff. ad legem Aquil. Nec posset quis rusticum excusare, licet fecerit, quod potuit, & fecit, & falconem ut suam propriam personam tractavit, & aluit : pro- pter quod videbatur excusandus, & bona fides, de deposito, at- tamen teneatur ex eo, quia fuit in culpa non leve, & immitt- endi ad ipsum non pertinenti, nec statui suo conveni- ti : cui solum colere terram, de qua vivat, convenit, non de venatione. Potuit insuper cognoscere in gelis, & sonalis falconem ab alio fuisse occupatum, & detentum, & sic ad alle- rum dominum pertinere, & in sua naturali libertate non esse, ut sibi

ut sibi rustico occupanti concederetur: ut dicto. §. fere igitur
A bestia. Infit. de rei um divisione. Unde debuit cum in publico
prodere, ipsumque consignari vel libello publicare, ut illius
invento ad domini notitiam perveniret, ut dicimus de servo
fugitivo in lib. 1. in princip. ff. de serv. fugit. §. i. falsus §. qui
alienam, ff. de fur. Gul. Bened. ff. in rep. c. Royntius.

VIRILIA MUMIA A
Mulieribus suscepta.

Vide Titulum, Mulieres bellicosa, item Titulum.

Anno 1597. cum Turcæ Constantinopolis in captivos in-
quirent, reperta est quædam Mulier virili habitu induta
multos annos castra Christianorum secuta. Mirati Turcæ ro-
gant, num sub tali habitu viris permixta fuisset? Negante illa,
interrogantur captivi reliqui, qui & iurejurando affirmant se
illam virum semper existimasse. Perlata est novitas rei ad aures
Sultani, qui eam ad se duci præcepit, rogavitque, num sexum
mentita unquam Turcæ interfecisset? Illa se morturam rata,
respondit: Se, quamvis Cæsari meruisset, quæ militem deceret,
B optima fide egisse, ad quæ mandato præfectorum suorum mil-
fa fuerat, se virum exhibuisse. nulli hosti peperisse, sed pluri-
mos casum, punctumque feriendo interfecisse. Miratus Sulta nus
virilem mulieris animum, eam primo per urbem duci, ut omni-
bus conspiceretur, iussit. Deinde eam Sultanz suæ donavit.

* Nemo.

EXCUSATIONIS FORMULA.

Nemo ex ne, & homo, quasi nullus homo, ad ad Gre-
cæ: & in solis hominibus locum habet. Est autem excu-
sationis, & responsionis formula, si quid admissum, vel amif-
sum, ut nemo id fecerit. Ita quisque ab humeris suis excutere
gestis, quod aut perperam fecit, aut de quo timet, ne aut mo-
lestiam sustineat, aut infamiam. In puellis, famulis, & inferiori-
bus, qui necdum sui juris potissimum locum invenit. Non-
nunquam etiam in adultis, liberis, & primæ sortis hominibus,
atque in re seria usurpatur. Carmen dantus, & in eo Neminiis
genium, ingeniumque depingimus.

Hic novus accessit peregrini hospes ab oris.
Audisti & carus varius, & hospes adest.
C. Equis adest. Multis Nemo expectatus ab annis,
Inque foro laudes prædicat ipse suas.
Et merito. Laudem præconia Nemo suarum
Usque potest dignis commemorasse modis.
Candida turba fave, cuncti date candida civos.
Omnia, & inceptis adhuc Apollo meis.
Matris ubi gravida Nemo prodivit ab alvo,
Dum tener in cunis, & sine voce fuit:
Addicit cunctas sine præceptoribus artes:
Omnis eique probè cognita lingua fuit.
Hinc longè Nemo Cicerone disertior ipso,
Dolior hinc ipso Nemo Platone mihi est.
Pro ubi natu erat, grave carmen ab ore sonabat,
Quale sub extremo funere cantat dolor.
Rex vatum Naso sublimia carmina condit,
Aurea sunt, quid ni, culte Tibulla, tua?
Nemo tamen vobis meliora poemata pangit,
Doctrinam Nemo namque sibi ipse dedit.
Est hodie Nemo Salomone sagacior ipso,
Nullo Nemo potest vivere consilio.
D. Ispemem vincit sapientis Nemo Saloni.
Virtutem quod sic perdidisse licet:
Ante obitum nullum supremæque fata beatum
Ausus erat quondam dicere ab ore Solon.
Nec mirum. Variè fortuna volubilis errat,
Nec patitur certa currere quemque via.
Divitias Domino fracta fur auferet arca,
Pauper, & est subito, qui modo dives erat.
Laudibus innumeris toto qui fulget in orbe,
Nox miser impuris vermibus osea facit.
Solut at hic Nemo se jactat, & ora resolutis
Ante tamen felix funera dicor ego.
Dulcoris volucres concentibus æthera mulcent,
Nemo sed bis etiam dulcius arte canit.
Omnipotens Nemo est, solo Nemo omnia nutu

Perficiat, ac certis, cum ratione gerit.
Qui terram magni speciem glomeravit in orbis,
Indigesta nibi, cum nix massa fuit?
Quis freta diffundit, radiisque tuncescere ventis
Iussit? ut & fontes addidit, quæ Lacus?
Quis regit humanas metra tonitrua mentes?
Cuius & imperia fulminis missa nocent?
Illa quidem superum Moderator ab gubernat
Unus, ac in terris omnia Nemo facit.
Nemo potest dominis simul infervere duobus,
Nemo simul potis est pluribus esse locis.
Gessat onus, quod non gessaret Olympifer Atlas
Hic cæli, & terra pondera Nemo subit.
Nemo potest validas valida vi vellere turres
Nemo humeris montes sustinuisse suis.
Vocæ manaque premi tradidit quis murmuræ pontis?
Qui faceret solus nemo reperus erat.
Effatum vatis: fugit irreparabile tempus
Nemo negat, tempus reddere Nemo potest.
Quarito istarum validis qui scandis aratro
Fertillis annis erit? dicere Nemo potest.
Quisquis seris teneras maturo tempore vites,
Accipies pleno pinguis multa lacu
Quarito seu magnos fragum tibi semper æceruos,
Præbent assiduo vomare cultus ager?
Sive famæ nostris misere grassetur in oris,
Pallidus hucio pallis & ipsa regat.
Edita pax superis nostra seu reges in aula,
Mortis seu fomos classica pulsa fugent.
Seu tibi conubia fuerit iugenda puella:
Hoc tibi conducet, Nemo referre valet.
Quam multos habeas in vertice quare capillos.
Aera quot volucres, quot seras ster aquas?
Quotique legat vubro de latore quare Lapillos
India, Nemo tibi cuncta referre valet.
Omnia Nemo potest, tibi Nemo ferentis bonorem,
Dum nox, atque dies mensis, & annus erunt.
In terris festis quis parus, & ineger ævi?
Adversum quis non debet habere Deum?
Ex toto populo Nemo sic inist ab ore:
Peccati non sum confusus ipse mihi.
Namque meam penitus sine crimine transgo vitam,
Hinc homo nunc melior fors mea sorte tua est.
Quidquid agas ætatem semper tua culpa cruenta est,
Morsque tenet stridat in tua fata manus.
Aleidis Nemo vestigia lambit ab arte.
Sideres Nemo gaudet adire plagas.
Contemptis Nemo vitis, & fraudibus: alman
Vivatis duram gestu mire viam.
Romani tristes animo deponite curas,
Fustior est vestro Nemo Catone tamen.
Curtius in terras nisi descendisset biantes
Pro patria, patris lausque decusque soli.
Tentasset Nemo facinus, sic gloria Romæ
Servatæ tandem Nemini una foret.
Omnia custodit Nemo præcepta Tonantis,
Omnibus est Nemo iustior ipse Diis.
Non etiam Nemo testis ad sidera palmis
Sceptivigeræ debet thura libare Deo.
Que tamen advertit leges peccantur ubique:
Si quis agat & cogites, omnia Nemo facit.
Formicem quondam nimio calefecerat igne
Servorum animam deficiosa cohors:
In merces soluit crepitantibus arte flammis
Ignis edux struibus arte favente domos.
Tristis adest Dominus, cladis, causamque requirit,
Iussit: Nemo criminis author erat.
Ovis frangitur furiosa vasa tumultu,
Classis, salina, lites, arca, legena, cadus.
Vireolusque calice, cythara, testudo, patella,
Olla simul, culter, duxque lucerna vie.
Quærit hæræ tandem quis frigerit omnia? Mendax
Turba negat, Nemo fregit & ista simul.
Duro est iustus Nemo, rabidique Leone
Fortior, & validi robora vincit equi.
Fracta diu tandem compestitur ira Leonis,
Quisque diu pulcher fit modò turpis equus.
Consumis veniens durissima saxa versatis,
Ad nibilumque redit, quod fuit ante nihil.
Non morbos metuis, non mille pericula letis.

Latus

Latus in æternum Nemo superflus eris.
A Nemo superflus eris tua gloria, vobora tellas,
Dum calum stellat, Nihil habebis aquas.

* Neophyti.

QUI SINT. AC NOMINIS USURPATIO.
Neophyti, Latine novitii dicuntur, usurpatur autem vox
ista pro his, qui velut de novo nati, sive tenati per ba-
ptismum, ac recens à Judæismo, vel Gentilismo converti sunt
ad Christum. Venat autem Apostolus, ne Timotheus ordinet
Episcopum Neophytum: hoc est in fide novitium, ne scilicet
elatus novo honore superbiat. Et ut Haymo dicit, ne dicere
possit, Indigebat Ecclesia mea sapientia, & idcirco ad finem
me adduxit, & super se constituit.

NON SUNT AD ECCLESIE
GUBERNACULA COLLOCANDI.

Quam sit turpeditur Neophytum super Ecclesiam can-
delabrum, hinc verbis describit Hieronymus ad Oceanum. Hæc
inquit Catechumenus, quodam Pontifex: heri in amphiteatro,
hodie in Ecclesia; vespere in circo, manè in altario, dudum
fautor histionum, nunc virginum consecrator.

B Et Greg. lib. 4. Reg. lib. 4. Alia, inquit, quoque res valde
deestabilis nobis nuntiata, quod quidam ex laico habitu per
appetuum gloria temporalis, defunctis Episcopis consulantur,
& sunt subito sacerdotes. Quia in re jam notum est, qualis
ad sacerdotium venit, qui repente de laico habitu ad sacrum tran-
sit ducatur. Et qui miles nunquam exiit, dum religiosum
fieri non permittit. Quam iste prædicationem habiturus est,
qui forsitan nunquam ad vitam alienam? aut quomodo aliena
mala corrigat, qui necdum sua levit? Deinde testimonio hoc
Pauli, & rerum naturalium exemplo ipsam confirmans
subdit.

Et cum ad sacros ordines Paulus Apostolus neophytum
venire prohibet: sciendum nobis est, quia sicut neophytus
tunc vocabatur, qui adhuc noviter erat eruditio plantatus
in fides ita nunc inter neophytos deputatus, qui adhuc novus
est in sancta conversatione. Scimus autem, quod edificati pa-
rietes non prius negotium pondus accipiunt, nisi novitatus
sua humore succurrat. Et cum ad edificium abulta succidi-
mus, ut prius vindictas humore exficari debeat; expectamus,
ne ex ipsa novitate curventur, & conficta citius corruant.
Vide eundem lib. 7. Reg. lib. 112.

QUANDO COLLOCANDI.

Præmissa de Neophytorum electione vitanda, tunc non
obtinere censenda sunt, quando Neophyti vita adeo est pro-
bata, ut de eius aptitudine ad Episcopatum nullum sit du-
bium, aut nisi Dei oraculo Neophytus designetur Episcopus.
Sic enim S. Ambrosius necdum baptizatus Mediolani à pue-
ro, & mox à toto populo conclamatus Episcopus, electus, &
consecratus est.

Nepotes. Neptes.

Consulatur Locus de Cognatione. Matrimonio.
Item de Severitate, sive Cruelitate, Persidia, Fidelitate,
Homicidio. Penna. Omnibus enim illis peculiariter quædam
circa Nepotes, aut per illos patrata referuntur.

Nervorum Dolor. Resolutio.

Vide affectus partium corporis. Loco de corpore.

Nestoriani.

Vide Hæresim.
NICOLAÏTÆ.
Ibidem.

* Neutrales.

QUI DICANTUR.

Dicuntur Neutrales, qui in disceptatione, aut dissidio,
quod plures dyetorum studiorum habent, neutri se
parti adjungunt, habetque locum in factionibus, & dum
duo, aut plures eorum in pugnam. Qui enim hic se gerunt
duntaxat, ut spectatores, & neutri se parti jungunt, neutrales
vocantur. Grammatici vero appellant verba neutralia, qua
neque agunt quidquam, neque patiuntur, sed indifferenter se
ad utrumlibet habent.

EOS PLERUMQUE INCURRERE
periculum, quod declinare laborant.

Non pauca adduci possent historiarum testimonia, qua
confirmant illos, qui dissidentium partes declinant, aut alteru-

tram non sequuntur, tandem utrisque præda relinqui, omni-
que auxilio, si invadantur, destitui.

Unde Aristinus Imperator in Concilio Ætolorum pruden-
ter dicebat, Romanos aut socios habendos, aut hostes, me-
diam cum illis viam incundam minime esse.
Satis appositè Alphonus Rex Arag. eos comparabat his,
qui alibi mediam domum incolunt. Fit enim, inquit, ut
à superne habitantibus, utim: ab inferis vero fumo excen-
tur. Ita etiam evenire solet illis, qui plurimum se parcom tapi-
næ exponunt, dum neutri se jungunt. Exempla pleraque da-
mus, quæ id firment.

Mermin lib. Judæum cap. 18. sub finem, Populi quidam se-
curi, & quieti, habitantis in Laiz, perculli, & ad intermedionem
dati per filios Dan: nullo inquit, ferente auxilium, eo quod
procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum haberent
quidquam societatis, aut negotii.

Nec defunt exempla historica. Quamvis Ludovicus XI.
nullius Principis, aut populi societatis implicari voluit,
hostium incurfionibus sepe oppressus est. Cùm vero societate
cum Helvetiorum populis contraxisset: nulli deinceps in
eius imperii fines invaserunt, & ipsi Helveti vicissim tuicus
vixerunt.

Ferdinandus Rex Aragonum, ut Petrum Regem Navarra
imperio spoliarer, nihil prius habuit, quam ut illum à Fran-
corum societate se jungeret, ut tandem ab omnibus desertus
facile opprimeretur.
In magna quoque pericula Thebani plenè inciderunt, cùm
bello Persico domi sese continuissent.

Cives omnes Laidaram repentinò bello, ac servitute op-
pressi fuerunt, propterea quod nec Principum, nec ullam cum
finitimis amicitiam, aut societatem contraxissent.

Ac superiori ætate Florentini cùm à Francorum societate
descevisent, nec Principes in Francorum Reges conjuratos se-
querentur, tandem potiorum arbitrio, ac libidine servierunt.

Cùm majorum nostrorum ætate Veneti inter finitimos
Principes occultè fererent jurgia, ac turbatis rebus in alienas
possessions clam invaderent: Ludovicus XII. Rex Franco-
rum societate cum Julio II. Pontifice Romano, cum Maxi-
miliano Imperatore, cùmque Ferdinando Hispaniarum Rege
contracta, Venetos triplici prælio fufos, ac fagosatos ad earum
urbium, quas ipsi fraude occupant, restitutionem compu-
lit. Ac primitum per sese Cretam, Cremonam, Brixiam, Bergo-
mum, Ginaraddam Mediolanensium municipia: Pontifex
Romanus Faventiam, Ariminum, Ravennam, Cerviam,
urbes Romanae ditionis: Maximilianus, Patavium, Vincen-
tiam, Veronam, Imperii nomine, suo verò Trevium, ac
Forum-Julium: Ferdinandus arcès, ac portus Neapolitanici
Regni, quæ oppignorationis iure tenebantur, recepit, cùm ta-
men ante bellum factis Pontifici fieri potuisset unius oppidi re-
stitutione: sed Dominicus Trevisanus Reipublicæ Veneto-
rum Procurator intercessit, cùm diceret, à Venetis quidem
arcès, & oppida capi semper, semel adempta restitui novum,
& absurdum esse. Bodinus de Republ.

Etiam quod dicimus, magna suo, & quotidiano incommo-
do Leodientis ditio confirmat: Nam quo tempore civile bel-
lum inter Belgas exarxit, & ex quo jam annis quinquaginta
labentibus Provincia quadam Regi suo rebelles arma adver-
sus eum sumperunt, Leodientenses utrisque vicini, velut spe-
ctatores, manibus, ut ajunt complicatis se continet, tranfi-
tum, comeatum, ammonam, pulverem tormentarium, fer-
rum, aliaque belli instrumenta utrique ad bellum inflam-
mandum suppeditant. Ipsi interea nunc ab his, nunc ab illis,
nam utrisque expositi sunt, miserè explantur, & spollantur, H
præferim cùm non sit difficile alterutri parti, occasione
aliquam similitatis, aut offensæ arripere, ut ita velut iusto, aut
colorato saltem titulo eos deprædentur.

* Nix.

DEFINITIO, & ORIGO.

Nix est nubes congelata, sive frigore concreta, in me-
dia aeris regione. Fit autem antequam nubes in aquam
reolvatur propter vehementem frigus, quod circumstat, quod
fit etiam, ut in modum lane, & continuata decidat, nam
frigus restringens humorem exprimit, & facit eam quandam
induct. Candor autem in nive provenit ex partium ætariam
proprietas, accedente frigore, quo autem nix, sive spuma
ejus laxior, eo quoque candidior est, cùm sic plus habeat
perlucidi elementis.

In

In Armenia tamen nives rubicundae oriuntur, quod exhalationes ibi frequentes eveniunt ex locis abundantibus minio, ut vult Eulphacius: quomodo etiam apud nos, dum extremae partes contabescunt, rubedinem inducere videntur.

UBL. ET QUANDO.

Generatur nix potissimum in autumno, hyeme, & veris initio, quando frigus maximè dominatur.

Decidit in Regionibus Septentrionalibus, & alius temperatis. In calidioribus, etiam si demum mediam aeris regionem subinde frigidam ex vi ventorum, tamen quia infima regio calida est, fit ut liqueat priusquam terram contingat. In montium jugis plerumque toto anno manet propter viciniam mediae regionis aeris, quodque in his rarior, & minus effica contingat radorum solarium reverberatio.

COMMODA.

Magnam arvis utilitatem adferre, nivis incubationem, notum est, quippe calorem, & vaporem terrae, qui frigore extrahuntur, retinent, & ad radicem mittunt, ut Plinius annotavit lib. 17. c. 2. Ex Theophrasto 1. 2. de caus. plant. qui nivem feminibus multum conducere scribit, fibris enim subnixae, firmataeque compressu frigus simul, ac miscere tempus inceptis, celeriter, atque universè erumpunt.

In frigidis autem locis concrevit in Crystallum, qui non est aliud, quam glacies indurata, καύμα enim glaciem, & εἰς αἶμα contraho significat, quia ex glacie per vehementem frigus in lapidem indurefat. Invenitur tamen etiam in venis insitar mineralium aliorum.

USUS.

Ufus nivis est, quod in aquam resoluta, servetur ad potum in morbis calidioribus. Unde Parmacopaei eam colligunt subinde, & in hanc finem aservant.

Sed & concretam alii, & conspitatam detinent ad potum aetate media, unde exclamat Plinius lib. 19. nat. histor. c. 4. Heu prodigia ventris! Hi nives, illi glaciem potant. Servatur aliorum aetibus, excogitaturque, ut alienis aequis nix algetur.

Et idem lib. 31. c. 3. refert fuisse inventum Neronis decoquere aquam, vitroque demissam, in nivem refrigerare.

Helioabalus Rom. Imp. ut testis est Lamprid. in vita, in viridatio domus suae montem excavavit, in quem Hybernas nives, & glaciem, ad aetatis refrigerium reconderet.

Nec nivis algore contenti, ejus aquam per vas ex lapide velut pumice percolatam (Colum nivarium vocat Bayff. vas quo aqua ex nubibus colari solebat) bibere ingeniosa fuit illecebra, Graecos, & Romanos docuit. Unde Martialis.

Non potare nivem, sed aquam potare vigentem

De nive commenta est ingeniosa fides.

Seneca lib. 15. ad Lucil. Quid tu illam aetivam nivem non putas callum interioribus obducere? appellat nivem aetivam, quae decocta refrigeratur. Nam ut idem inquit, didicerunt Romani monstrante luxuria, nives ad tempus aetatis, locis subterraneis custodire. Alexis poeta Comicus.

Καὶ χιόνα πῶς νῆρῳ παρὰ κρυάδα ἔχει, id est,

Et ad bibendum nives nos accingimus.

Hinc nivarum colla, quibus nives attenuabantur, ut Martialis scribit.

Ad antiquam hanc consuetudinem, videtur Salomon aludere, Prov. 26. cum inquit, Sicut frigus nivis tempore aetatis, legatus fidelis mittentibus eum. Eadem tamen similitudine eodem in capite utitur, ad significandam rem, quae minus convenit, cum inquit, Sicut nix aetatis, ita stultus gloria, scilicet minimè convenit.

Nostris quoque temporibus nivem ad vini refrigerium Schlessiae, Boemae, Ungariae, Moraviae, & Belgae subterraneis fossibus recondit.

Hanc autem nivalem aquam potionem, quamvis Galenus 7. methodi, ad curandos aetivantis ventriculi affectus plurimum conferre dicat, tamen frigidam potionem in libello de boni, & mali succi alimentis, & in lib. de affectibus, eisdem verbis testatur adolecentibus primum insensibilem, sed morbidam tamen in praecedenti alteratione parere, & inde in gravescente aetate, affectus in articulis, nervis, visceribus incurabiles asserre.

Christoph. Vega lib. 2. de arte medendi testatur in Hispania hanc eandem perniciosissimam consuetudinem exortam esse apud quosdam aetate tantum, apud alios omnibus anni temporibus vinum nive diluendi: cum tamen ex frequenti nivis usu, aut solius, aut vino mixtae, maximum imminet periculum

Hydropis, aut mali habitus ex jecoris, aut ventris imbecillitate, & colici dolore.

Quod si eorum quispiam ab his, & similibus morbis liberetur, hac una tantum ratione id sibi evenisse putet, quod pari ratione incontinentes nives in usu calidorum, ut piperis, zingiberi, cinnamomi, & mellis, quae omnia nivis malitiam aliquatenus corrigunt; sed utrumque excessum, ut mortiferum damno. Apud Athenaeum tamen sunt, quibus aqua ex nivis, id est nivata, utilis admodum videntur esse, nec non pluviae, quaeque sunt ex glacie, lib. 2.

AQUAE IN NIVES CONDENSANDAE VARIARATIO.

Veteres, ut Athenaeus lib. 3. pluribus testimoniis confirmat, variis rationibus, atque aribus aquam, vel frigidam conservare, atque refrigerare fuerunt soliti. Usitatissima fuit ratio per nives, de qua supra dictum est.

Protogorides lib. 2. comicarum historiar. hujusmodi quoddam aquae refrigerandae artificium commemorat, quod Regis Antiochi Milites usi fuerunt. Aquam interdiu in aprico loco ponebant, & quod crassum erat vasa noctis principium excoctantes, reliqua noctis parte in Hydris scitibus plub dio in F editioribus domus partibus exponebant. Per totam deinde noctem duo pueri ipsa vasa exterius irrigabant, & diluculo incipiente purgantes rursus, facemque subtrahentes, & tenuem ipsam aquam maximè sanitati aptam facientes, inter paleas Hydris ipsas collocabant: sicque demum illa utebantur, nullam nivis inopia cognoscens.

Non admodum ab hoc divertis erat ille refrigerandi aqua modus, quem Galenus in Alexandria, atque universa Aegypto servatum se vidisse testatur 4. comm. 6. Epid. ubi occidente Sole prius aquam calefactam testaceis vasis incubant, eaque vasa fenestris ad ventos expositis, ut tota nocte refrigerarentur, suspena, deinde ante Solis exortum humi deposita frigida aqua conspergebant, ac interdum ipsa folia frigida vitium, lactuca, & similia circumponebant, ut frigus aquae noctu acquisitum conservaretur.

Semus Delius, teste Athenaeo, lib. Nephadis 2. in insula Cimolia loca refrigeratoria excavata scribit, in quibus aetatis tempore vasa fistilia tepida aqua plena deponebant, postea aquam nulla re nivibus differentem exportabant.

Alium refrigerandi modum fuisse tradit Plutarchus ex Aristotele 6. sympos. ubi cotibus, & silicibus, nec non plumbeis laminis aquae iniectis eam refrigerari docet.

* Nobilitas. Nobiles.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

NOBILIS, & Nobilitas Graece *εὐγενής*, & *εὐγενία*, à *νεσος* secundum Grammaticos deducitur, ut sit velut nobiscibilis, & nobilitas. Usurpatur autem communiter pro excellentia generis, aut familiae, quomodo dicimus nobili genere, loco honesto natos. Nobilitas itaque secundum Aristotelem, est quaedam majorum claritas, lib. 2. Rhetor. sive juxta Boetium lib. 3. prof. 6. de consol. Philos. quaedam laus veniens ex meritis parentum.

QUOTUPLEX.

Gregor. Naz. statuit Nobilitatis triplex genus, Unum est, quod supernè originem traxit: quod quidem si consideremus omnes peraeque nobiles sumus, quippe ad Dei imaginem creati. Alterum, quod à sanguine proficiscitur, cuius ratione haud quidem scio, an quisquam nobilis dici possit, cum corruptioe non constet. Tertium à virtute, aut vicio agnoscitur, cuius vel uberius, vel exilius participes efficiuntur, prout opinor divinam imaginem, vel integram servaverimus, vel corruperimus. Atque hanc demum nobilitatem amplectetur, qui quisque vere sapiens, ac Philosophus fuerit. Nam quantum illud nobilitatis genus, quod in principum diplomatum, & editis constitit, tum ullo loco ac pretio habeo, cum piam quam quocumque pulchritudinem laudandum duxero, simiamque ob id venerari coepero, quod loe esse iusta sit. Orat. 8.

Plato nobilitatem in quatuor species divisit: nam qui claris, bonis, iustisque majoribus fuerint nati, eos nobiles vocari: quorum item parentes, nobiles principes facere. Item vocari nobiles, quorum sunt majores fama, & opinione celebres, quam vel ex bellis rebus praecclare gestis, vel ex certaminum coronis reportaverunt: alterum esse nobilitatis genus, idque praestantissimum, cum quis per se animi magnitudine excellit.

DIFFERENTIAE.

Advertunt scriptores, plerumque nobilitatis differentias secundum varios nationum quarundam mores, & decreta. Siquidem apud omnes passim nobilitatis generis à Patre deducitur, etiam matre obscuro loco nata. Unde & maternae originis ratio plerumque non habetur.

Alibi tamen etiam à Matre nobilitas trahitur. Hinc Poeta loquens de Drance oratore ait:

— genus huic materna superbum

Nobilitas dabit: incertum de patre ferebat.

Et Silius loquens de Syche filio fororis Hannibalis, ait:

— cui vano corda timore

Maternum implebat genus.

Fuit autem vetus lex Lyciorum, ut à matribus liberi nominis fumerent, & familiariter repeterent: & si mulier ingenua servum nupisset, liberi, ingenui, nobileque essent: si ingenuus vilem, ignobilem ve duxisset, ignobilis quoque esset partus.

Plutarchus apud Xantios, qui sunt in Lycia, lege cautum fuisse scribit, ut à matribus liberi appellarentur.

Dionysius lib. 1. D. ad municip. testatur, Ilienibus, & Ponticis in eadem Asia, ut & Delphis jure singulari concessum, ut materna origo conferretur: sic ut illius civitatis, cuius est mater, sit & filius municipis.

Etiam apud Belgas plerisque in locis id privilegium indolum, ut à materna origine dicitur immunitas, aut claritas in posteris.

Nobilitatis autem apud Judaeos, & Romanos haec erat distinctio, quod nobilitati Judaicae non detogabatur, etiam si quis mechanicam, aut officium exerceret: Deipara Virginis sponsus erit faber, atamen de tribu Regia, familiaeque David.

Et de tribu Benjamin fuit omnium primus Rex Saul apud Judaeos.

Sacerdotium quoque nobilitatem iis dabit, praeter tribum, atque familiam.

Doctrina insuper legis, & Prophetarum Pharisaeos nobilitabat, quomodo etiam inter Nobiles se habent, qui Licentias, aut Doctores gradu in superiori Facultate, & famosa Academia insigniti existunt.

Romani initio nullos ad civitatem admittebant praeter agricolas, & milites, excluso omni officium contubernio, idque ex institutione Romuli, ut testatur Dion. Halicarnass. 1. 2. c. 6.

Abrogavit id Numa, & ex publicanis, Publium Rupilium: ex institutis, Terentium Varronem: ex carbonariis, M. Scaurum ad consulatus dignitatem extulit.

NOBILITAS VERA QUAE.

Jurisperiti nobilitatem ponunt in genere, & origine, ac natales parentum dignitatem intuentur.

Philosophi in virtute nobilitatem veram agnoscunt. Fuit hac de re non inlegans contentio inter Appium Pulchrum, & Ciceronem. Appius irridens Ciceronis novitatem, iactantique familiae viri antiquitatem, putabat nobilitatem non esse, ubi non erat *virtus*. Contra Cicero lib. 1. 3. Epist. eum monet, ut paulo diligentius attendat verbis Athenodori de nobilitate differentis. Possit autem quempiam *virtus* habere, nec tamen nobilem esse, cum nonnunquam nobilium filii sint flagitiosissimi. Itaque ex virtute, non à natalibus verum sint flagitiosissimi. Errare vulgum, qui existimant, omnes ex claris familiis ortos esse nobiles, cum potius sint *ignaviae*: nec quisquam nisi virtute sua sit clarus, suisque factis gloriam parat.

Ad hujus rei confirmationem cuiusvis generis scriptorum testimonia, & sententiam sub compendio adducemus. Ac primum.

GENIILIHUM, PHILOSOPHORUM.

Quid enim aliud nobilitatem esse putamus, quam opes antiquas, aut veterem gloriam, quorum neutrum in nostro arbitrio est: sed alterum inconstans fortunae, alterum propter humanam intemperiem pendet. A duobus igitur alienis superbum illud nobilitatis nomen pendet. Atqui divitiarum non reddunt nascentes filii similes: Virtutis autem à iusto animi habitu profecta facultas, sua veluti nota in prolem diffusa eam insignit, & hac verissima nobilitas est, similitudo secundum iustitiam. Plut. 1. contra nobilitatem.

De nobilitate non minus, quam de aliis bonis gloriari, non indignum est. Ego autem praeter virtutem nullam agnosco nobilitatem: reliqua vero cuncta fortunae aetimo. Nam humiliter genere natus ut bonus, ita regum, & omnium nobilissimus fieri potest. Contra aliquis bonis parentibus ortus, malus evadere potest, ac tunc seipso, tum vilissimis quibusque ignobilior. Glorietur igitur de laudibus animae, non de majorum nobilitate in obscuriori poste-

ritate jam extincta. Phalax, in epid. ad Axiocbum.

De nobilitate parum laudis praedicare possum: bonus enim vir mihi nobilis videtur: qui verò non iustus est, licet à patre meliore, quam Jupiter sit, genus ducat, ignobilis mihi videtur. Demost. 1. Olynth.

Omnes boni semper nobilitati favemus: & quia reipublica utile est nobiles esse homines dignos majoribus suis, & quia valere debet apud nos senes clarorum hominum de Republ. meritorum memoria etiam mortuorum. Cic. pro Sextio.

Si possent homines facere sibi fortem nascendi, nemo esset humilis, nemo egenus, unusquisque felitem domum invaderet: sed quandiū nos sumus, naturae nos regit, & in quemcumque vult casum nos mittit. Quemcumque volueris revolvere nobilem, ad humilitatem pervenies. Quid recensam singulos, cum hanc urbem tibi possent ostendere? nudi feteret colles, inter quos tamen effossa mœnia. Nihil est humilis casa nobilium. Sen. sentent. orat.

Cum volueris veram hominis aestimationem videre, & scire qualis sit, nudum inspicere, deponat patrimonium, deponat honores, & alla fortunae mendaciam. Corpus ipsum exuat, & animum intueri, qualis, quantumque sit, alieno, an suo magnus. F. Sen. Epist. ad Lucil. 31.

Et iterum. Quis ergo generosus inquiri, & respondet. Ad virtutem bene à natura compositus. Epist. 44.

POETARUM.

Horat. Carm. lib. 4. Ode 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis.

Est in juvenis, est in equis patrum

Virtus, nec imbellem seroces

Progenerant aquila columbam.

Doctrina sed vim promovet insimam,

Reliquae cultus pectora roborant:

Utunque defecere mores,

Dedecorant bene nata culpas.

Et sat. 8. Juven.

Quis fructus generis tabula iactare capaci

Fumosus equitum cum distat magistros,

Si coram lepideis malè vivitur: &c.

Idem.

Stemmata quid faciunt, quid prodest Pontice longe

Sanguine cenferi, pictos ostendere vultus

Majorum, & stantes in curribus Emilianos?

Toia licet veteres exornent unaque ceras

Atria, nobilitas sola est, atque unica virtus.

Quis enim generosum dixerit hunc, qui

Indignus genere, & praeclearo nomine tantum

Insignis: Nam cum quidam Atlanta vocatus

Ethiopiæ, cygnum, parvam, tortanque puellam

Europam, canibus pigris, scabieque verusta

Levibus, & sicca lambentibus ora lucerna.

Nomen erit pardus, tigris, leo, & si quid adducit.

Quod fremit in terris violentius.

... Sed te cenferi laude tuorum

Pontice, noluerim, sic ut nihil ipse futurae

Laudis agas, miserum est aliorum incumbere fama,

Nec collapsarunt subdudis recta columnis.

Omne animi vitium tanto conspectius in se

Crimen habet, quanto major; qui peccat habetur.

At vos Trojgenae vobis ignoscitis, & quae

Turpia Cerdoni, Volesos, Brutisque decedunt.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam

Perditus, ut dubites Senecam praeferre Neroni?

Malo pater tibi sit Theristes, dummodo tu sis

Acaciae similis. Vulcanique arma capeffas

Quam te Theristes similem producat Arcaffas.

De Stroza patre Eroticon lib. 1.

Sed licet auratos tibi purpura vestiat artus,

Sit bene compositis litera picta notis.

Et quamvis, cultu possis non vilis haberi,

Haud tamen id satis est, in meliora feras.

Non ebor, & gemmis non auro vera paratur

Nobilitas, aliquid majus habere decet.

Nam virtutis opus tantum ornamenta putantur,

Quas fortuna sua datque, rapitque manu.

Hæc igitur nequeunt, generosum reddere quemquam,

Causam in se virtus nobilitatis habet.

In iactabundos nobiles, Codrus Ureolus in Epigr. am.

Sis licet ingenuis, clarisque parentibus ortus,

Esse

Centuriones duo Evangelici Gentiles erant, & nobiles. A Maxima gloria Romanorum ex militia erat. Quin Martyrum nostrorum bona pars ex militibus constat. Nazianzenus Orat. In Casarium fratrem, & Basilium orat. in Gordium Martyrem, hoc argumentum etiam persequitur.

In Deuteronomio legitur dixisse Moyses ad populum Israeliticum: Tuli de tribus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones, quinquagenarios, & decanos, qui docerent vos singula, &c. cap. 1. Ecce prae ceteris nobiles cum sapientibus Iudices populi constituantur.

Inter dotes, atque praecordia Samuelis Prophetae, commemoratur nobilitatis elogium, cum dicitur: Ecce vir Dei est in civitate hac, vir nobilis, omne, quod loquitur, sine ambiguitate venit, &c. 1. Reg. cap. 9.

In parabolis Salomonis commendatur mulieris bonae Vir ab insigni nobilitatis titulo, cum dicitur: Nobilis in portis vir ejus, quando federit cum Senatoribus terrae, cap. 3. 1.

De Solone inchoy Atheniensium Legislatore scriptum est, magistratum omnes constituisse ex nobilibus, & locupletibus, ex censu quingentorum modiorum, & jugerum, neque opificibus sordidis vis assequendi ullum magistratum dedisse Arist. 2. Polit. lib. 10.

Idem etiam Aepagum constituit tantum ex eis, qui honesto loco nati essent, & egregium virtutis, & temperantiae suae specimen praebissent. Isocrat. orat. Aepag.

Germani quoque Reges ex nobilitate. Duces ex virtute fucebant. Tacit. de moribus Germanorum.

Apud Romanos vero Tiberius Caesar id quoque observabat, nimirum ut mandaret honores, nobilitatem majorem, claritudinem militiae, illustres domi artes spectando, ut satis constaret, non alios potiores fuisse. Idem 4. Annal.

QUI CONTEMPSERINT.

Fuit inter Imperatores Romanos quidam, cujus nomen certo non definitur, qui cum esset genere obscuro, & de media turba ortus, tentavit aliquando omnem abolere illustrium familiarum memoriam, ac desiderabat, ut nulla supersisteret generis discrimina, ut ita sua prospere probrum regeret. Recte Franc. Balduin. lib. 1. Infr. tit. 3.

QUAM PERICULOSUM.

Maximus Imperator, ut in ceteris, quae ad civilem vitam spectant turpissime aberravit, ita & hic quoque hallucinatus est, utpote qui nobilem circa se neminem unquam passus sit, profusus, ut Spartacus, aut Atheniensium exemplo imperaret, qua ex re in odium, & contemptum nedum civium, sed & militum Romanorum incidit: quo factum est, ut paulo post a suis destitutus, ab iisdem miserissime trucidaretur. 1. Capitol. in Maximin. sem.

Multis vero ante eum Iulius Vitellium Caes. quo magnam Imperii partem, non nisi consilio, & arbitrio vilissimi cujusque histriionum, & aurigarum administraret, suorum quoque meruisset offensam, & reprehensionem. Suetonius Tranquillus cap. 12. scriptum reliquit.

Itaque parum consulte, & praeter omnem rationem nonnulli ignobiles nobili prognatis genere praepouunt, quippe, quod ea re in odium, offensamque nobiliorum, incurrant.

Cujus rei etiam testis esse potest Antonius Scala, qui Dominio Verone ejectionis fuit, quod populates, & infimae sortis homines circa se, & in curia sua semper tenebat, & spretis Nobilibus. Cepol. Opusc. de Imper. milit. deliq. privileg. 37.

Nunquid Ludovicus XI. Gallorum Rex in discrimen adductus, quod sutori suo facialis, ac Internuncii, tonsori legati, medico magni Cancellarii partes detulit? P. Comineus.

Nec illi dissimilis antea Philippus Pulcher, qui in honore, & usua maximo semper habuit Nongarum, & Maniriacum, obscuros quidem illos, & flagitiosissimos homines. Verum quas ei turbas, atque molestias hac infideta honorum largitio, nec sine damno publico, procreavit, videre est apud Belleforestum, alioque Gallicarum rerum scriptores Mezer. lib. 2.

Mentepestulanti, quod mercatoribus, & illiteratis Rempubl. committerent, totam propemodum everterunt. Regibus Privileg. Schol. 44. Neque id quidem mirum: cum ex oraculo sit, tum Rempubl. interitum, cum as, vel ferrum custodire auctoritatem obtinuerint, id est, ignobiles mali, vel imperiti ad gubernacula fiederent, teste Platone 4. Polit.

NON TAMEN SOLI NOBILES REIPUBLICAE PRÆFICIENDI.

Apud Majores virtus id praemium fuit, cum sitque civium, &

bonis artibus fiderent, licetum petere magistratus, Tacitus 2. Annal. exemplis recte demonstrat.

Cum Sidoniorum fines ingressus Alexander Magnus, eorum Rempubl. turbatam invenisset, & ab illis rogaretur, ut sibi regem daret, qui rebus afflictis pacem afferret, regumque iustitiam administrare posset; id se facturum benignè respondit, iis autem avidè expectantibus, quem Regem constitueret, & interim variè, falsoque plerumque comitentibus, demum Regem nominavit Aldolomium quemdam, a bonis fortunae sic imparatum, ut ob inopiam suburbano hortum exigua coleret stipè; sed a virtutum ornamentis sic instructum, ut creditum sibi regnum, summa tum iusti, tum sapientis Principis opinione feliciter procurarit, & posteritati pacatum illud, ac quietum reliquerit. Rogatus postea Alexander, cur inopi viro regnandi fecisset potestatem, cumque multis aliis potentia, & generis fama clarissimis hominibus praetulisset, praclare respondit: Ne quis forte existimet, me non virtuti, sed generi, potentiaeque regnum tribuisse, atque ut is, qui Regnum accepit, intelligat se id a me, non a majoribus suis accepisse, hocque beneficium grata memoria prosequatur. Q. Curtius lib. 4.

An non & Bamba ab aratro ad Principatum Leonis Pontificis beneficio eventus fuit, & exinde in Regem Hispanorum electus fuit? sanè: sed qui sua virtute Mauros, Hispaniae litora cum classe ducenturum navium ingressos ingenti proelio sudis, ipsamque classem igni succendit. Ritus 12. regum Hispan. Non oblitere sordida Tullii Hostilii incunabula agefectaque patris turgrum, quo minus valida, & matura aetate Imperium Romanorum feliciter capesseret, retereque.

Nec quicquam de Consulatus claritudine, & splendore immittit obscurum Varronis genus, qui ex macellaria patris taberna apicem dignitatum confendit.

Ciceronis item, & Ventidii Bassi plebeja, & ignobilis familia non obtulit, quo minus illi eandem Consulatus obtinerent dignitatem.

Ruffici, & obscuri natales Maximini Imp. qui a pueritia opilio fuerat, Republicè benè gerenda, & procuranda occasione non eripuerunt.

Ignobilis, & peregrinus sanguis Bonofi Imp. non obtulit, quo minus ad Augustale solum ecyberet.

Valentinianus refectionem egi, F. Val. Justinus bubul cum, Marcianus vero fabrum ferrarium, non eo minus fores ad Imperatoriam dignitatem patere.

De Premisio quid dicitur? Hunc patre rustico natum, Bohemi uno, eodemque omnium ordinum consensu Regem sibi, & Dominum constituerunt.

Tamberlanes patre pastore natus, interque pastores ipse enutritus, propria tandem virtute, & solertia id effecit, ut Imperii Turcici regimen sibi demandaret. Non itaque, non laudabiles, & praclare actiones, generis, familiaeque splendore, sed ingenii magis praestantia disciplinali liberalibus adjuncta metiri debet.

Vepianus, quantum origine non facis nobilis, ut qui Syrus ex Phoenice esset, tamen ejus virtuti is honos habitus est, ut Imperatoris Alexandri tutor esset, ejusque consilio Romano Imperium administraretur. Lampridius.

Athenus Jurisconsultorum non infimus, futurine tabernae alumnum, qui calcis, instrumentoque omni coriario Cremona, (quae illi patria fuit) relicto, Romam profectus, in maximi nominis Iureconsultum evasit: Consulatumque adeptus, & publico funere honoris causa a Populo Romano elatus est. Idem.

Urbanus V. Pontifex, natione Gallus, cui genus ignobile, & obscurum, ob singularem eruditionem eventus ad Pontificatum, cum ei natalium obscuritas ab Rege Hispaniae obiceretur, respondit: Virtutis non esse nasci nobilem, sed nobilem factis, & meritis fieri; id vero generosis animi esse. Itaque non effecur stipem, genueque sum contempneret, quod scientia, rebusque praclare gestis jam illustre reddidisset.

Augustus Caesar, principio gubernationis in subfidium dominationis, M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militiae focium, victoria clarum, scientia praestantem, & geminis Consulatus exulit, mox deinde Praefectum Marcello, generum sumpsit. Tacitus 1. Annal.

Carolus Audax, Dux Burgundiae, ferò id operam dabat, ut non tam excellenti nobilitate, quam virtute viros circa se semper haberet, praclare dicens, ab his totam pendere Principis felicitatem. Sed quid? horum monitis haud ferè pronas aures praebuit, magnus alioqui Princeps. P. Comineus lib. 7. Commen.

Videat

Videat lector in fine loci de Magistratu discussas varias quaestiones super hoc Argumento. Huc refer plerumque ex Apophthegmatibus superioribus.

HIEROGLYPHICA.

Apud Romanos Annulus signum erit nobilitatis: quod restantur cum alia, tum ea, quae apud Livium leguntur lib. 3. de bello Punico 2. Vide Bier. lib. 4. pag. 377. B.

Pervulgatum & illud est, Lunam gestantem apud Arcadas nobilitatis hieroglyphicum quodd: qui quidem Profelenites ea de causa nuncupati sunt, quia ad Deucalionem, diluvii primi ipsi Lunam in perfidie nascendam, se credere, &c. ibid. lib. 44. pag. 434. F.

PRIVILEGIA NOBILITATIS.

Apud Romanos nomen Nobilitatis ignobile non erat; sed multis privilegiis donabatur, qui illud legitime deferebant: Diocletianus inquit: Divo Marco placuit eminentissimorum, & perfectissimorum virorum usque ad praeconatum liberos, & plebejorum pœnis, vel quaestibus non subicijci tamen prioris gradus liberos, per quos id privilegium ad ulteriorem gradum transegerit, nulla violati pudoris macula aspergit.

In decurionibus autem, & filiis eorum hoc observari, vir prudentissimus Domitius Ulpianus in publicarum disputat. num libris ad perennem memoriam refert. Hæc Dioclet. Certè extat in Pandectis responsum Ulpiani, l. moris, §. ille. De penis. Decuriones, neque in metallum damnari posse, neque furcæ subicijci, neque vigiliæ exuri. Eorumque liberos in eadè causa esse.

Atque hæc est ex titulo dignitatis, vel praefecturae nobilitas, cujus frequentissimum in iure Civili mentio. Quamvis autem multis privilegiis donata sit, & a muneribus quoque personalibus est immunis: non habebat tamen immunitatem ad muneribus patrimoniorum. Ulpian. §. patrimoniorum. De mun. §. honor. l. qui immunitas est. D. de muneribus patrimoniorum.

Hodie verò in Gallia nobilitas non modo hereditaria est, sed & a muneribus patrimonialibus immunis, sicuti & personalibus, excepto militari officio.

Neque tamen, aut omnino ignota fuit veteribus Rom. aut nullum in iure Civili fundamentum habet. Imp. Theodosius II. & Valentin. testantur, eodem modo agros Lamicaneos militibus Castellanis antiquis assignatos, sine ullo profusus colationis onere. L. 2. C. de fund. limit.

SCRIPTORES.

Scriptores de Nobilitatis praerogativa Andreas Tiraquelus, Poggius, Platina. Sparfius vero I. Gerson. Sermon. de nativitate. B. Virg. Ambrosius in cap. 1. Lucæ Gregor. Nazianzenus orat. in favore Basilii M. orat. 23. de laudibus Hieronim. Ildorus Pelusiorum lib. 3. Epistol. 204. Ennodius.

Nomen.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Nomen quasi Novimen, inquit Festus a nosco, quod noticiam facit: nam per hoc, quo quicquid nominatus, illud agnoscitur, Graecè ἐνωμα. Hebr. Schem, apud Neam significat dicere, cloquis Neum, verbum, sermo, locutio, ab Hebræo Graecum ἐνωμα, sic ἐνωμα, loquor, sermo, fluxus videtur: ἐνωμα vero item, id est, nomen. Proprie autem nomen dicitur, teste Ngonio proprium vocabulum singulorum, id est, quo singula res appellatur. Inde omnino nomen alicui rei impono. Id autem fit dupliciter. Aut enim univerto generi nomen imponimus, quod Grammatici nomen appellativum vocant: D ut cum animal uterque ratione hominem dicimus nominari. Aut singulis rebus peculiare nomen imponimus, quod illi cum alio fit commune, hoc a Grammaticis nomen proprium appellatur: & dividitur in Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen, ut Publius Cornelius, Scipio Africanus: De quibus prolixè agunt Grammatici.

Nomen est vox ex instituto significans omnis exerts temporis: cujus pars quoque nulla declarat separatum. Nam in Republica vero publica nihil per se significat, ut in hac oratione Republica l. 1. de interpret. cap. 2.

Nullum nomen natura constat, sed cum quasi nota quaedam ad aliquid significandum erit impositum. Nam soni, qui nullis literis exprimitur, quales sunt belluarum, aliquid illi quidem significat, attamen nullus eorum ad nomen pertinet. Ibid.

NOMINIS IMPOSITIO IN GENERE.

QUIS EAM PRIMUS USURPAVERIT, Et cujus rei signum.

Nominis impositio declarat imperium, & potestatem, immò & scientiam illius, qui nomen imponit, ac excellentiam in L. 8. Theat. vir. Human. Tom. V.

super, & potestatem in eum, cui nomen imponitur. Prima nominis impositio ex thesauro divinae Sapientiae profecta est; E qua homini producto nomen Adam impositum, quod quavis Hebraice sit nomen commune, quale apud Latinos est Homo: tamen primi hominis nomen fuit a voce Adama, quae terram significat, quidem rubram, atque opinatur Josephus, talem fuisse, ex qua productus fuit homo, atque non aliam esse terram, ubi adhuc intacta est, ut dicunt, virgo. Genes. cap. 2. 1.

Adam autem vocavit uxorem suam Eva, quod significat matrem viventium. Gen. 3. quam ante lapsum appellaverat viraginem, sive viram.

Idem postquam Deus creasset de humo cuncta animantia terræ, & volatilia caeli, realiter Angeli ministerio adduxit ea ad Adam, appellavitque Adam omnibus suis cuncta animantia, omne enim quod vocavit Adam animæ viventis ipsum est nomen ejus; hoc est, ut exponit Euseb. l. 11. de Praep. Evang. c. 4.

Convenienter ad naturam rei nomen impositum fuit. Idque ante formationem Evæ.

Prudenter igitur Plato colligit, non esse cuiusvis hominis nomina rebus dare, sed doctissimorum, & praefantissimorum, ut qui rei naturam perfectam habere debeant, ut nomen illi adequenter. Igitur ex hinc colligas, quomodo sapiens fuerit Adam, qui singulorum animalium naturas noverat, ut congrua illis nomina inderet, porro nomina hæc Hebraice fuerunt, utpote quæ lingua ei primitus indita erat.

Piscis autem extra aquam adducti ad Adam non fuerunt, sed is postmodum nomina sua imposita.

Certè apud Hebræos magis quam ullas gentes, convenientia naturæ cuiusquam nomina imponuntur, omnes enim illius Idiomatis litteræ radicales, sunt significantive. Quo fit, ut certam Etymologiam quodlibet nomen habeat, vel ex occasione, vel ab eventu aliquo peccata, vel ipsam rei nominanda naturam explicantem, exempla nota sunt in Cain, Abel, Noe, Abraham, Sara, Moyses, & infinitis aliis. Potissimum tamen in augustissimo nomine Salvatoris, quem ob id Jesum vocandum Angelus prædixit, quia salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Ipsè verò Dominus Simoni Petro Cepha, hoc est petra nomen indidit, cuius ipsè rationem assignat, & super hanc petram hoc est, super te, o Petre, edificabo Ecclesiam meam. Matth. cap. 16.

* NOMINUM PRÆNUNTIATIO.

eaque non absque miraculo facta.

Tostatus, Abulensis, & Ziranus explicantes c. 16. Genesios, ubi prædicitur Agar, quod pareret filium, quem vocaret Ismael; observant privilegium esse singulare, quod quis nominetur, antequam nascatur; atque id quidem dumtaxat viris, tribus, veteris Testamenti; & duobus Novi eodemque modo, juslibet autem eorum, sive denuntiatio nominis, sive natiuitate animæ vertere licet miracula aliqua contingit.

Primus eorum fuit Ismael, cujus conceptum semel jam mortuum, iterum fuisse vivificatum. Hebræi opinantur. Sane quidem mira de ejus ingenio, moribus, & posteritate per Angelum prænuntiata sunt. Gen. 16.

Alter fuit Isaac, cujus nomen prænuntiatio est Genes. 17. cujus generatio ex sterilibus parentibus omnino admirabilis fuit.

Tertius in veteri Testamento numeratur Rex Josias, in cuius aliquot post secula nascitur prænuntiatio, duplex contingit miraculum: nam & altare Idolorum utroque diffusum est; & brachium Regis Jeroboam arefactum, ut narratur 3. Reg. cap. 13.

In novo Testamento fuere duo, eo nomine longè insigniores: unus fuit Joannes Baptista, cujus generationem denuncianti Angelo etiam non credidisset pater ejus Zacharias, repente murus est factus; mater autem ejus Elisabeth, cum plane sterilis esset, cum concepit; & audita salutantis se Virginis Maris voce, propheticò spiritu impleta est; & ipse Joannes maternis adhuc inclusus visceribus, quasi praesente Domino agnoscens, exultavit præ gaudio in utero matris suæ. Ac demum nato Joanne, patri ejus, & facultas loquendi restituta, & nova prophetandi gratia donata est.

Ultimus fuit, sed ante omnes hoc nomine admirandus, Dominus noster Jesus Christus, cujus annuntiatio, conceptio, natiuitas multis, atque incomprehensibilibus fuere nobilitata miraculis. Ita verò de illo Lucas cap. 2. Postquam con-

Hhh summari

summati sunt dies octo, ut circumcidere puer, vocatum A est nomen eius Jesus: quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.

NOMINUM ACQUISITIO. IMPOSITIO. IN SPECIE.

De varia nominum impositione, qui volet, videat Plinium lib. 18. cap. 3. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 6. Plutarch. in Corio, & Solinum c. 4. Polyhistoria.

QUE INDANTUR, VEL ACQUIRANTUR. Considerata PER SE. Nomina indita Dei.

Sextum Aegyptiorum legislatorem ferunt Dariam, Xerxis patrem. Hinc ab Aegyptiis solus vivens Deus appellatus est: mortuus vero eos honores assecutus, qui regibus antiqua lege tribuebantur. Diod. lib. 1. cap. 8.

Theodorus philosophus, quod de Diis librum edidisset, Sic fuit dictus: mox vero ob contemptum Deorum, ad nos Laert.

Theotimus Episcopus Tomitanus, ab Hunnis, qui ad Istrum habitabant, Romanorum Deus propter miracula vocabatur. Praedones occurrentes fuit orationis vi compescuit. Cum clypeo innixum, verba facientem ad populum, Hunnus quidam spe praedae capere vellet, & elata manu laqueum collo mittere pararet: manus ejus invisibilibus vinculis in aere immobilis perstitit: nec prius loco potuit moveri, quam precibus Theotimi intercedentibus. Niceph. 1. 21. c. 45.

Anaxagoras Clazomenius dicitur, vel ob physiologiae admirandam scientiam, vel quia rerum exordis non fortunam, non necessitatem, sed mentem efficientem adiecerit. Id est, sinceram, & impermixtam, mixtis omnibus homocometria dispertientem. Calius 1. g. Antiq. Lett. cap. 5. ex Plut. Pericle.

Sancti, Divi. Conful Tit. Atridivus. illic Consecrationis Temporum, & Arorum, quae divinitatis sunt symbola propria: hic Appellationis ipsius habetur ratio.

Mirum est, quod de Jacobo minore (fuit Christi discipulus) profectum est memoriae: quia puer adhuc incredibili quadam, ac supra aetatem sanctitatis opinione imbutus omnium mentes. Sanctus vero appellatus est. Auxit opinionem hanc de eo receptam summa vita auferat. Enim vero neque vinum bibit unquam, nec ulla carnis novit usum, in tonsuris, unguentis, & balnei expers: adeo precando numini dedit, ut ejus genna in camelorum speciem occalluerint. Sab. lib. 6. cap. 3.

Gallus monachus septimo post Christum seculo vivus Sancti cognomen meruit ob pietatem. Plat. Volat. lib. 16. Petrus de Natalib. lib. 9. cap. 72.

Muli hominum exiterit, quibus aut virtus, aut vitium, aliusve casus appellationem invenere: quorum alii alia causa: sed nullo major, augustiniorque fuit, quam ea, quae Jesu Christo Dei filio contigit proxiore. Postquam enim Carbone, & Domitio victis, viginti quatuor annos natus, & Sylla accessit Romam venit ex Africa, Sylla cum ingenti multitudine illi obviam processit, eumque ad primum congressum Magnum appellavit. Sunt, qui dicant Magni cognomen illi, cum in Africa adhuc esset, favore militari datum. Appianus, Pharnace penes prius fugato, quam viso, Caesarem exclamasse ait: Hi sunt, qui te magnam fecere, Pompei. Quae vox significare videtur, ex ea nobili victoria, quam Pompejus ex Oriente reportavit, Magnum appellari contigisse. Ceterum satis constat, tum primum in epistolis Magni appellationem usurpasse, cum in Hispania adversus Sertorium gessit Bellum. Sab. lib. 1. Ann. 6. ex Plutarch. Pompejo.

L. Val. Potius, cum Volcos, Aequosque ad Algidum magna laude debellasset, & triumphus ei negaretur, fuadente Licilio, triumphum phavit sine Senatus auctoritate: ideoque Maximo cognomen adeptus est. Plut.

Populus Romanus duos Maximos dixit: Valerium, quod dissidentem ab se senatum in concordiam secum reduxisset: Fabium Rustilianum, quod locupletes nonnullos libertine stirpis in senatum allectos eo ordine movisset. Plutarch. in Pompejo. Q. Fabius cum Publ. Decio Censor, ne comitia in humillimorum manu essent, omnem forensium turbam exeretam in tres tribus conjecit, Urbanasque appellavit. Adeoque gratum fuit, ut Maximi cognomen, quod victoribus non preperat, propterea ei assecutus. Livius lib. 9. Fabius cognomen accepit Maximi, P. Scipio Africanus Magni. Scipio quadam emulatione erga Pabii gloriam afficiebatur. Itaque rogabat eum. Qui sit, ut tu conservandis duntaxat exercitiis, Maximi cognomen adeptus sis: ego cum hostibus confingendo, Magni, cum Annibalem

A. L.

Iner virtutes omnes Aristidis maxime sensit multitudine justitiam, quod hujus usus est solidissimus sit, & communissimus. Ex qua re vit ille pauper, & popularis rege dignissimus, & divinis appellationem traxit Justitiam quam necorcum, vel tyrannorum ambivit: sed Expugnatores, Fulminatores, Victores, nonnulli Aquila dicit, & Accipitres volvere, a violentia, & potentia scilicet, quam a virtute, laudem potius occupantes. Plat. in Arist.

Qu. Metellus Pius appellatus est, quod patrem assiduis precibus, & lachrymis ab exilio revocaverit. Volat. lib. 17. An. throp.

M. Antonino Imp. Pii cognomen datum existimant, quod a principio sui principatus servaverit, quos Adrianus morti destinaverat: Alii, quod Adrianum defunctum pietissima sit memoria prosequens, templumque illi construxerit, contraque omnium studia immensos decreverit honores. Jam & illud pietati datum, quod Adrianum se interficere conanem prohibuerit. Ceterum quia natura pius, & clemens fuit, ut nihil triste, aut asperum ab eo expectaretur, fieri potuit, ut inter primas faventis populi acclamationes, sit Pius cognominatus. Ex Dion. Sabel. lib. 4. cap. 7.

Ludovicus I. Caroli Magni F. Imp. a clementia morum, Pii cognomen am affectus. Michael Scotus lib. 1. de Regibus Francorum.

Et observavit Tolosan. de Repub. lib. 6. cap. 10. num. 10. a tempore M. Antonini, omnes passim Imperatores cognomen Pii assecisse.

Albertus Austriae Belgarum Princeps, inter pios Principes piissimus, etiam nomen Pii promeruit. Extant pietatis ipsius innumera monumenta, per Belgium, qua parte Catholicam veritatem amplectitur, dispersa, quae summam istius Principis devotionem, ac erga Deum, & Divos venerationem, cultumque testentur.

Magni, Maximi. Hermes Trismegistus dicitur, quod apud Aegyptios maximus philosophus, maximus rex, & maximus sacerdos existerit. Mos enim erat Aegyptiis, ex philosophis sacerdotibus, ex sacerdotibus reges eligere. Alii eum sic vocatum putant, quod primus inter Ethnicos, & apud istos Aegyptios asseruerit: ut mirum fit, eum eo pervenisse, quod miseri Judaei etiam sacris invitati testimoniiis pertingere nequeverunt.

Cognomen Magni non vni veterum Imperatorum, tegumque contigit: sed externorum nulli verius iustitiae, quam Alexandro Philippo filio, ut Quirinum vni Ca. Pompejo. Plut. in Sertorio. Postquam enim Carbone, & Domitio victis, viginti quatuor annos natus, & Sylla accessit Romam venit ex Africa, Sylla cum ingenti multitudine illi obviam processit, eumque ad primum congressum Magnum appellavit. Sunt, qui dicant Magni cognomen illi, cum in Africa adhuc esset, favore militari datum. Appianus, Pharnace penes prius fugato, quam viso, Caesarem exclamasse ait: Hi sunt, qui te magnam fecere, Pompei. Quae vox significare videtur, ex ea nobili victoria, quam Pompejus ex Oriente reportavit, Magnum appellari contigisse. Ceterum satis constat, tum primum in epistolis Magni appellationem usurpasse, cum in Hispania adversus Sertorium gessit Bellum. Sab. lib. 1. Ann. 6. ex Plutarch. Pompejo.

L. Val. Potius, cum Volcos, Aequosque ad Algidum magna laude debellasset, & triumphus ei negaretur, fuadente Licilio, triumphum phavit sine Senatus auctoritate: ideoque Maximo cognomen adeptus est. Plut.

Populus Romanus duos Maximos dixit: Valerium, quod dissidentem ab se senatum in concordiam secum reduxisset: Fabium Rustilianum, quod locupletes nonnullos libertine stirpis in senatum allectos eo ordine movisset. Plutarch. in Pompejo. Q. Fabius cum Publ. Decio Censor, ne comitia in humillimorum manu essent, omnem forensium turbam exeretam in tres tribus conjecit, Urbanasque appellavit. Adeoque gratum fuit, ut Maximi cognomen, quod victoribus non preperat, propterea ei assecutus. Livius lib. 9. Fabius cognomen accepit Maximi, P. Scipio Africanus Magni. Scipio quadam emulatione erga Pabii gloriam afficiebatur. Itaque rogabat eum. Qui sit, ut tu conservandis duntaxat exercitiis, Maximi cognomen adeptus sis: ego cum hostibus confingendo, Magni, cum Annibalem

balet cominis factio praedio dederim? Respondit Fabius? A. Ac nisi ego tibi milites conservassem, tu non habuisses, quibus cum vinceret. Polyenus lib. 8.

Constantinus Imp. Italian, Aphricam, & post Licinii bellum civile Orientem possidebat, omnemque orbem gubernabat, Maximus cognomen dicitur, ut Nazarius suo Panegyricoluculenter edidit. Ab aliis Magnis. Tum alia quoque adiecta appellationes, Resistorum generis humani, Propagator Imperii, ditionisque Romanae, & fundator aeternae securitatis, atque Conservator. Euseb. lib. 1.

Carolus, qui Pippino Francorum regi, & patri successit, a rerum gestarum magnitudine, & excellentia Magnus est appellatus. Ritus lib. 1. de Reg. Fran. & Sigeb. in Chron.

Matthaeus Vicecomes ab Henrico VII. Imp. Mediolano praefectus; summaque iterum potestate, Turrianorum opes delevit. Namque domi ab inveterata prudentia consilio pollens, & foris filiorum ductu (ii enim clarissimi duces evaserant) multis praesidiis victor ad consummatam gloriae laudem pervenerat, ita prorsus, ut iure Magni pariter, atque Felicis nomen mereretur. Jojus in vita Matthaei.

Ferdinandus Consalvus, ex familia Aghilara, patria Cordubensis, vir impiger, & Beticis bellis multum exercitatus, cum primum in Italiam venit, Ferdinando II. Aragonio regnum Neapolitanum, unde a Carolo IX. rege Galliae pulsus erat, recuperare cupienti, auxilia Hispanica adducens: Magnus, ad supremam ipsius potentiam innuendum, est appellatus. Post ob praclaras victorias, omnium ferè consensu, ea appellatio ad insignem ejus virtutem, atque in re militari scientiam singularem declarandam, perpetua mansit. Guicci. lib. 2. Hist.

Felicis.

A felicitate quidam etiam cognomina sibi adseverere: sicuti testatur Eudemonis appellatio, qua Bassum Secundum fuisse ornatum, versus testatur historia. Unum tamen hominum ad id avi Felicis sibi cognomen L. Corn. Syllam adseverasse. Pli-nius auctor est, civili sanguine, ac patriae oppugnatione adopratum, quodque Metelli Pii fuisse amicum, sicuti Plutarchi Apophthegmata testantur, & quod Athenas non deiecit. Scribit Alexandrinus Appianus, imaginem Syllae ex auro equestrem ante Rostra collocatam, addita ab adulteribus inscriptione ejusmodi: Cornelio Syllae Imperatori fortunato. Sic enim (inquit) assentando appellabat, quod in hostes feliciter depugnasset. Quod ad blandimentum genus, stabile mox cognomen est consecutum. Sed ex decreto idem Venustum se appellari voluit: quae nuncupatio ad felici non ita videtur dissentanea. Cal. lib. 24. cap. 6. Antiq. Lett.

Nomen Christianissimi Francorum Regibus adhuc, ex quo illi Apostolica Sedis defensionem olim susceperunt, eorumque electionem velut singulari miraculo olei calidus dimissi approbarunt.

Julius II. Pp. Ludovico XII. Gallorum regi dicitur devoto, Christianissimi titulum eripuit, eumque concilii Lateranensis decreto in Henricum IX. Angliae regem contulit. Guicciardini lib. 11.

Alphonfus, Petri Cantabrigiae ducis maximus nati filius, cum Arianum dogma, quod a Rechardis regis morte rursus in Hispania pullularet, eradicaasset, urbesque, & oppida complura, eiecit Maurorum praesidio, recepit, Catholicus est cognominatus. Ritus Neapol. lib. 2. Regum Hispaniae.

Philippus Valesius Francorum Rex. Catholici cognomen promeruit, ob pietatem erga sacerdotibus. Emil. lib. 8.

At posterioribus seculis, Hispaniarum Reges Catholici appellati fuerunt, ut qui penes soli inter Principes Christianos, Catholicam Religionem toto orbe armis propugnant, ejusque hostes profligare laborant, & seque obediens Ecclesiae filios vindicant, neque intra Imperii sui fines ab ea alienos secures, ac impune vivere patiuntur, ut satis leviter, & cum summo animarum discrimine faciunt Galliarum Reges.

Propter peccata Veremundi Hispaniae Regis, & populi Christiani, Rex Arabum Alhagib se Almanzor nominari voluit. Alhagib interpretatur supercilium, quo oculi defenduntur, Almanzor autem defensor: eodum multis victoriis gloriosus se, & suos strenue defendit. Roder. Tol. lib. 5. ver. Hispan. cap. 13.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Henricus IX. Anglorum Rex, ad extirpanda Lutheranorum dogmata, anno 1513. primum libros Lutheranos, quorum magnus jam numerus pervenerat in manus Anglorum, comburendos curavit. Deinde libellum contra eam doctrinam composuit, misitque ad Leonem Pontificem. Delectavit multum opus Leonis animum, quod talem patronum consecutus foret. Itaque librum sua auctoritate probavit, legendumque decrevit: ac ut memoria tam grati beneficii aliquo nomine perpetuaretur, tum Henricum Regem Defensorem fidei appellavit, quo ille deinceps titulo usus est. Polydorus lib. 27.

Eloquentis, Chrysothomi. Dion historicos ob insignem facundiam Chrysothomus appellatus est: sicuti etiam Joannes Episcopus Constantino-politanus, inter Ecclesiae patres non postremus.

M. Antoninus, qui Pio successit, cum in omnibus philosophiae studiis excellentissimus esset, ob insignem illam eruditionem, quam ex Sexto Bruto philosofo hausit, Philosophus cognominatus est: & se etiam hoc nomine magis delectari asseruit, quam nomine Imperatoris. Dion. in ejus vita.

Philippus Burgundiae dux Audacis cognomen accepit, quod salu periculo mensam transierit, ut Carolo VI. regi Gallorum proximus sederet. Aegidius Cor. de dictis, & falsis memorabilib.

Alphonfus II. Legionis Hispaniensis Rex, Castus ideo cognominatus est, quod in ipso matrimonio cum legitima uxore perpetuam virginitatem servaverit. Fulg. lib. 4. cap. 3.

Infantis. Infantes in omni Hispania Regis filii vocantur. Quem morem, utalia plurima, suspicari libet, sumptum esse vestigia Romanorum consuetudine, apud quos, ut Hieronymus prodicit, filii etiam grandes a Graecis, quorum voca-bantur. Nisi forte referimus ad Graecos, quorum voca-buisse in Hispania reperio, qui indistincto vocabulo filios, puerosque appellant: sicuti uxores quoque, & filii, quae mulieres puellas, quod fieri in plerisque Hispania agnoscimus. Hebraei quoque filios jam adultos, & viros, ut David abafalonem, appellabant pueros. Et sane puer ab infante parum distat, cum infans puer nominetur. Val. lib. 1. de G. Ferdinando.

Primi, Ultimi. Philopemenem Megalopolitanum Romanus quidam laudibus effertens, Graecorum ultimum appellavit: veluti Graecia jam esset, nullum deinceps virum se dignum ab illo protulerit, teste Plutarcho. Sicuti Crementium Cordanum in Annalibus Cassium pronunciasse, Tacitus scribit, Romanorum ultimum, atque eo nomine postulatam, novo ac tum primum audito crimine, imperii libertatem Tiberio tenente. Calius 1. 26. cap. 3. Antiq. Lett.

Patris, Patriae. Q. Fabio Maximo Dictatori magister equitum Minotius scito plebis, quod nunquam antea factum fuerat, aquatus, partito exercitu separatum in Sannio, cum Hannibale conflixerat. Ubi remerit imo certamine, cum Hannibale conflixerat, subsidio Fabii consecutus, & ipse cum Patrem appellavit, & a legionibus suis Patronum salutaris voluit: ac deposito aequali imperii jugo, magisterium equitum, sicut par erat, didicatur subiecit, imprudenter vulgi errorem gratæ mentis significatione correxit. Val. lib. H 5. cap. 2.

Pater patriae Quirinum primum M. Cicero curiae decreto est appellatus: dein & Augustus id tuleri cognomen: Caesarius postremo ambitiose magis, quam vere adpatatum. Sab. lib. 6. cap. 3. Hinc Satyrus. Roma patrem patriae Cicronem libera dixit. Claudius Imp. de supplicando senatu egit, & Heduos Gallos assumpti: famosis probis inimici quidam Severitate Senatu amovit. Ob id Pater Senatus dicitur, cum alii Caesares Patres Patriae dicuntur. Cyprianus. Cum mortuo Anacleto II. antipapa in ejus locum Victor IV. electus esset contra Innocentium II. & Bernardum Clara-vallensis Abbas Victorem ad deponenda insignia, & Innocentii imperium accipiendum permovisset: ingens in urbe gratulatio facta, supplicationibusque ad templum indictis, meritis Deo honor est habitus. Bernardus inde, qui Pater patriae salutatus a populo fuerat, post septem dies, civitate

Claudius Imp. de supplicando senatu egit, & Heduos Gallos assumpti: famosis probis inimici quidam Severitate Senatu amovit. Ob id Pater Senatus dicitur, cum alii Caesares Patres Patriae dicuntur. Cyprianus.

Cum mortuo Anacleto II. antipapa in ejus locum Victor IV. electus esset contra Innocentium II. & Bernardum Clara-vallensis Abbas Victorem ad deponenda insignia, & Innocentii imperium accipiendum permovisset: ingens in urbe gratulatio facta, supplicationibusque ad templum indictis, meritis Deo honor est habitus. Bernardus inde, qui Pater patriae salutatus a populo fuerat, post septem dies, civitate

Hh 2

tota honoris gratia prosequente, discessit. *Sigom. lib. 11. R. A. qui Ital.*

Moriens Cosmus Medices, Pater patriæ decreto publico Florentinorum est appellatus, idque sempiterni honoris causa marmoreo ejus tumulo fuit inscriptum. *Fo. vius in Leone lib. 1.*

Conditoris.

C. Marius, Cimbris, & Teutonibus, & Ambronibus duplici praelio cæsis, reque publica in pristino statu retenta, tertius est urbis conditor nuncupatus. Alter enim à Romulo est L. Fur. Camillus dicitur, qui Senones Gallos ex capta urbe expulit. Hic tertius, quod Germanos capere volentes non solum aruit, sed occidit. *Sab. lib. 6. cap. 3.*

Liberatoris.

Julius II. Pontifex, Gallis Italia pulsus, liberata Italia titulum ita prætulit, ut eum passim inscribi nullo adolantium pudore pateretur. Sed tamen libera vox Grimani probi Senatoris à Julio audita est, titulum tanquam inanem irridens, quando magna, atque opulenta Italia pars, demonstrato Neapolitano regno, Hispanicum jugum præferret. Ad quod Pontifex quassato scipione, quod innixus pavimentum pertundebat, respondit, brevi futurum, ut Neapolitani non iratis superis eternum jugum excutent. *Jovius in Alfonso.*

Evergetæ, Benefici.

Cum Cyrus Perfarum Rex in expeditione quadam coactus fuisset intrare regionem desertam, omnique vice necessariarum inopem, militesque ejus ob victus indigentiam commilitonum corpora edere cogerentur: ibi Arimasi cursum frumento onustus ad triginta millia adduxerunt, colque præsertim ab imminenti calamitate liberarunt. Proinde illos Cyrus Evergetas deinceps appellari voluit. *Diod. lib. 17.*

Cleomenes propter inopem beneficentiam Benefactor est nuncupatus. *Alex. lib. 2. cap. 11.*
Ptolemæus Ægyptiorum Rex, eo quod neminem læderet, benefactor vero omnibus, Benefactoris cognomen promeruit. *Ibidem.*

Socii, Amici.

Romani socium, atque amicum, nisi benemeritis, & magnis officiis devinctos, nullos appellarunt. *Alex. lib. 4. cap. 23.*

Imperatoris.

Nomen hic consideramus. Ipsa dignitas ad Imperii titulum pertinet.

Phocion Atheniensis vigesimus Imperator dicitur est: C. Aratus Sicyonius decimus, & septimus imperatorem gessit, Pelopidas Thebanus ter, & decies, Philopœmenes Megalopolitanus II. quem apud Achaos intra annum bis gere-re non licebat: sicut apud Spartanos bis eundem classis præfectum fuisse videbatur. *Alex. lib. 1. cap. 2.*

Nomen Imperatoris pratoribus olim magnarum laudum titulus fuit apud Romanos: Quippe hoc honore, velut insigni manere, milites fumos duces honestabant, isque præcipuus honos habebatur semper. Postea nisi illos, quorum ductu, & auspicio constatum fuisset bellum, & sub quibus decem hominum millia uno praelio occidissent, aut saltem duo millia, quæ postea consuetudo increbuit, vel denique mille occubissent, aut præcipua victoria potiti essent, nullos Imperatoris nomine dignos putarunt. Imperatores dicti lauream tum in fascibus, tum in literis, quas Romani mictebant, usurpabant Propterea M. Crasso, quod urbem Lepodorum trans Euphratem in bellum certamine, & incremento Marte vicer, & ob id Imperatoris nomen sibi arrogavit; magna invidia fuit, quod non multo negotio tantum nomen vindicasset.

Bello civili Mariano, Cn. Pompejus tribus legionibus contractis ex Piceno, Syllæ se jungere parabat. Proinde legatus imperat, ut exercitum armet, & intrinsecus quoque quam pulcher-riam speciem præbeat Imperatori, quippe magno expectaba-t ab eo honores, affectus est autem majores. Nam ut eum vidit Sylla accedentem, & exercitum prælio delecta insignem juvenute, tantisque rebus perpetratis elatum, & erectum: de-siliit ex equo. Salutat, salutavit quod expectaverat nemo, ut ju-venis vigintiur annorum, & nondum in senium allecto, hoc nomen, de quo cum Scipionibus, & Mariis bello certa-bat, effecti participaturus Sylla. Præmo comitati cætera con-sentanea fuerit. Adeunt affurgebat Pompejo, & caput ada-periebat: quæ non temere deferre eum cerneret alteri, quam-vis multi cum eo, & egregii viri essent. *Plut. in Pompejo.* Jam & quod in Africa Domitium superasset, ex viginti milli-

bis hostium vix tria millia effugissent, toto conspirante exer-citu, Imperatoris nomine fuit honestatus: qui licet se Im-peratorem salutari permitteret, nunquam tamen epistolis, aut chirographis hoc nomen usurparat.

C. Julius Cæsar, C. Cæsar pater, quod Syllanis temporibus multa Samnitum, & Lucanorum millia ad Efermiam in-terfecisset, ab exercitu Imperator fuit appellatus.

Ut perpetuum Imperatoris nomen alicui tribueretur, primi-mum Julii Cæsaris exemplo factum est, quem Suetonius scribit Imperatoris prænomen perpetuum, & cognomen Patris patriæ à Senatu accepisse. Ex quo intelligi potest, veterum consuetudinem eo immutatam fuisse, quod cum illi cognominis loco Imperatoris titulum adscriberent, ve-luti Cn. Pompejus Imp. C. Cæsar primo loco, tanquam præ-nomen illud sic usurpavit. Imp. C. Julius Cæsar. Horoman-us de Verbis juris. Deinde Augustus Tiberium, & Clau-dium Drusum privignos hoc nomine nobilitavit. Bello quo-que Germanico fuis, fugatisque hostibus, Tiberio Cæsar, & Tito expugnatis Hierosolymis, miles victor Imperatoris nomen dedit, & trophæum posuit. Cicero quoque, quod Parthos ad Amanum profugasset, & Metellus, quod Ser-torium vicisset, Imperatoris nomina tulere. Fertur tamen Curio ad Uticam, quod ejus opera, concludis commenci-tibus, omnium rerum copia abundaret exercitum, Impera-toris sibi nomen addidisse: & Scipio bello civili inter Pom-pejum, & Cæsa'rem, ut pecuniam à provincialibus cogeret, se Imperatorem dixisse. Demum Cæsa'res ne in crimen, invi-diamque inciderent, Imperatoris nomen tanquam titulum mitem, & honestiorem, abrogato regis vocabulo, ite-rum, & sæpe desumpsere. Quare Augustus semel, & vices fuit Imperator dicitur, & secuti principes hoc cognomen per sepe nobilitati sunt. *Alex. lib. 1. cap. 2.*

Zenobia Palmyrensi regina, cum Orientis regnum tue-retur, armata in virili veste exercitum prætulisse, & sola Im-pe-ratoris nomen tulisse dicitur, cujus auspicias plerique egregie gesta in hostes fere. *Alex. lib. 1. cap. 2.*

Reges quidam Asturum, & Castelle ditionibus aucti, sese Imperatores dici volvere. Sic Alfonso VI. occupato de Sa-racenis Toledo: & Alfonso IX. *Roder. Toletan. lib. 7. Regum Hispan.*

Tartari, quo tempore Cangius electus fuit Rex, vocarunt suum Ducem, five Principem, Chaan, quod Idiomate patrio significat Imperatorem, vel Regem, ut scribit Haitonus *Ar-menus lib. 3. bis, orient. cap. 22.*

Augusti.

Octavianus Cæsar Augustus dicitur est, cum post bella civilia provincias ordinasset, imperium condidisset. Cum in senatu traçtaretur, an Romulus quasi alter Urbis condi-tor diceretur: sanctus & reverentis visum est nomen Au-gusti, ex sententia Munacii Plancii: quod loca quoque re-gio, & inaugurata dicantur, ab avium gestu, aut ab auctu. *Cuspinian.*

Sueton. in Dion.

Regis.

Nominis hic ratio habetur. Dignitas ipsa ad locum Imperii pertinet.

Praelio adversus Græcos ad Cheronæam Alexander Ma-gnus Princeps dicitur in sacra Thebanorum cohortem in-currisse. Hinc filium non immerito Philippum dilexit, ut etiam gauderet, cum Alexandrum Macedones regem, Philippum appellarent duces. *Plut. in Alex.*

Cum Demetrius Ptolemæum insigne victoria apud Cy-prum superasset, hic primum Antigonum, & Demetrium H vulgus reges Asiæ consalutavit, atque Antigonum conse-ssim diademate amici evinxere. Demetrio pater diademam misit, scriptaque epistola regem appellavit. *Ægyptii* quo-que his nunciatis, ne ob cladem abieçisse viderentur animos, regem Ptolemæum dixere. Ea res pariter emulatione om-nes successeurs Alexandri pervasit. Etenim cepit diademam Lyfimachus in Hellesponto gestare, & Græcos Seleucus Ba-byloniæ alloquens: quando barbaris eo ornatu ante quo-que, ut Rex responsa dederat. At Cassander alius regem cum Macedonia inscribit, & vocantibus, ipse pristino more suo scripsit epistolam. Id non additamentum nominis, & habitus tantum habuit variationem, verum etiam illo-rum insavis spiritus, & animosus fuit, moribusque, & congressibus eorum factum addidit, & supercilium, tragi-com misionum more, unâ cum persona incestum, vo-rem, acobitum, salutationemque versantium. Hinc eva-ferunt in puniendo quoque violentiores: ubi illam, que ipsos

ipsos multo faciliores, & leniores ante popularibus reddebat, detraxerunt potestati diffimulantiam. Tantum vox una valuit adulatoris. Aristodemus Milesii, qui nunciis victoris ad Anti-gonum missis, eum regem primo salutaverat, tantaque orbem terra implevit conversatione. *Plut. in Demetrio.*

Agathocles Syracusorum tyrannus, Carthaginem obse-dens, cum se illis nec copis, nec loci opportunitate, neque re-bus gestis inferiorum duceret, seipsum regem pronuncia-vit, nec tamen diademam sibi usurpare voluit. Nam post occupa-tam tyrannidem semper corona usus fuerat propter quoddam sacerdotium, quam gestans non deposuerat, cum de principa-tu contendere. Sunt, qui dicant, solium eam gestare ab in-icio, qui rationem comam haberet. *Diod. lib. 26.*

Cum Guaththerius, Ivetoti Dominus, invidiorum opera à Clothario, seu Childberto Gallorum rege in exilium pulsus esset, & decem annis in Oriente adversus hostes Christi pu-gnando consumpserit, commendatione Vigilii Pontificis in-structus, ipso mortis Dominica die domum redire, literatque pontificis regis in templo reddidit. Rex manu sua eum nulla vel loci, vel temporis ratione habita, crudeliter occidit. Qua-mobrem & à Pontifice acerbè reprehensus est, & Guaththerii hæredes, ac posteri, item Ivetoti Urbis, & ager, ab omni Gallicæ regni imperio liberati, anno 536. Itaque ab eo tempore ejus loci positi homines, regio nomine insignis facti sunt. *Fulg. lib. 9. cap. 3.*

Ducis bellicæ.

Philippus Macedo ex victoria Chæronensi spiritus maio-res concipiens, vidensque clarissimas urbes se consecratas esse, laborabat toto animo, ut totius Græciæ dux deligeretur: ejusmodi sermone passim jactabat, se vellem bellum pro Græciæ contra Perfas suscipere, quorum impia facinora in res sacras ulticis fatuere: per que benevolis maxime Græcos si-bi reddebat, humane semper lib, ac liberatiter eos omnes pu-blice, & privatim tractans. Tandem civitatis Græciæ de-nunciavit, aliqua se cupere de communi omnium commodo consulere. Itaque Corinthi convenit habitus est: in quo multum de bello contra Perfas loquutus, spemque bonam ejus rei faciens, animos eorum, qui convenerant, ad negotium comprobandum induxit. Novissimæ à Græcis omnibus dux, & potestatis summa Imperator appellatus, apparatus magnum intrinsece copiarum, que contra Perfas ducenda essent, & imperato civitatibus cuique militum numero, quem dare deberet ad bellum Perficum, in Macedonia reverfus est. *Diod. lib. 16.*

Mortuo Philippo Alexander filius, etiam juvenis, Thessalos præ omnibus, commemorata veteri cognatione, que sibi cum illis per Herculem esset, ferrenibusque humanissimis, unâ magna à se sperarent, persuasus induxit, communi toti-us Thessaliæ decreto ipsum Græciæ ducem, ut assumerent. Con-terminas tamen ejus gentes, cum in partes suas transisset, supe-ratis Thermopylis ad illas transgressus, coactis in Istmo Am-phiolyoniis, lecti, ut cunctis civitatibus suffragis Græciæ dux decesseretur. Itaque cum triginta millibus pedum, equitum quinque in Asiam transiit. *Plut. in Alex. 6. Diod. lib. 17.*

Demetrius Poliorcetes cum in Istmo conventus publicis celebraretur, multique mortales eo convenerint, dux Græcorum contra Barbaros creatorum, & renunciatus. *Plut. in Demetrio.*

Lysander, cum Agesilao regnum Spartz comparasset, sti-mulavit eum quoque ad bellum Asianum, spem offendens fo-rum, Perfas ut debellaret, acque evaderet omnium hominum primus. Scripsit etiam ad suos in Asia amicos, ut ad moven-dum Barbaris bellum ducem poscerent Agesilao. Cujus illi impulsu legatos miserunt. Lacedæmonem cum hisce postula-tis. Quod decus regnum non inferno appareat acceptum tulisse Agesilao Lysandro. *Plut. in Lysandro.*

Damini.

Dominus, & Domina vocabula erant apud Romanos, qui-bus vir, & uxor testandi conjugii causa sese invicem appella-bant. *Falstir. Novel. 74.* *Plut. in Pompejo.* *Alex. lib. 1.* *Plut. in Pompejo.* *Plut. in Pompejo.* *Plut. in Pompejo.* Hinc illud testatoris in l. uxoris, 41. ff. de le-gata uxor, ne ex fundo Titiano patrem vindicet. Item in l. Titia, 10. ff. qui Marito, ff. de annis legat. Domina sanctissima, scito de amicis scitis curaturam. Item in l. ult. ff. de uni. & arg. l. B. Theat. vir. Human. Tom. V.

Uxori suæ testamento ita legatum est: Sempronie dominae mee hoc amplius argentum balneare. *Horom. de Verbis Juris.*

Clari.

Dignitatem genera quatuor postremorum Imperatorum ætas fecit. Alii namque Perfectissimi, Clarissimi alii, superio-res Spectabiles, supremi Illustres appellabantur. *Horoman. comm. de Verbis juris.*

Clarissimum fecerunt nomine Senatorum filia, nisi que viros clarissimos fortis non habentur. Tandem igitur clarissima femina erit, quando Senatori nupta est, vel cla-rrissimo: aut separata ab eo, alii inferioris dignitatis non nu-pit, lib. 8. ff. de senatoribus lib. 22. §. 1. ad municip. *Horoman. de Verbis juris.*

RESPECTU ALIORUM, A QUORUM NOMINIBUS TRANSFERUNTUR NOMINA IMPOSITA ALIIS.

Deorum.

Mithridates Rex Asiæ, & Ponti, cur Liberi patri potius quam cujusquam alius dei nomina honestaretur à Trallianis (F teste Cicerone in oratione pro Flacco) duæ causæ à Plutar-cho libro primo *sympliciorum* asseruntur. Una, quod Mithrida-tes præmium proposuerit, qui plurimum dilisset, quique plu-ritimum bibisset, ipseque in utroque certamine palmam tulerit: ut potest qui omnes ætatis suæ homines bibendo superaret, ob id igitur Dionysium vocatum. Sed si hæc vera essent, videt poterant Tralliani, non tam ei honorem tribuere, quam con-tumeliam facere, quasi ebriotum eum, & helletoem, ac gurgi-tem vocarent. Est altera verior: bis eum fulmine appetitum fuisse: ita ut innocuus, incolunilique remaneret. Nam cum adhuc infans in cunis vagaret, collapsum fulmen, fascias, quibus involutus erat, excussit, neque tamen ipsum læsit, ve-stigium modo quoddam ignis in fronte relictum esse: quod facile occultaret coma. Rursus cum jam vir esset, ita propin-quam ei dormienti cecidit, ut tela in pharetram, que hæc procul à lecto pendeat, condita conspigerent, ipse tamen quoque intactus. *Muretus lib. 1. Var. lect. cap. 2.*

Heroum.

Nomen Herculis videtur vulgari sermone ad omnes Viros egregie Fortes transferri solere non aliter, quam Catonis ad G Hercules enumerat, additque hoc nomine honoratos fuisse omnes, qui fortiter quidpiam egissent. Testatur & Macrobius in Saturnaliis, hoc nominis, compluribus laudè con-mune, & ante Amphitruonis privignum. *Xenophon, in Ægroticis, 6. Tacitus l. 2. Annalium.* Præter Tyrinthium, etiam Argivum, Thebanum, Libyæum, Cretensem, & Ægyptium legitimus. Ci-cero lex fuisse dicit. *Sab. lib. 5. Em. 1.*

Phurarchus Thesem alterum Herculem vulgò nomina-tum scribit, quod multa fortiter patrat exemplo Herculis. *Erasmus in Adagio.*

Laertius in *Vitis Philos.* ostendit, & Cleanthem philoso-phem alterum Herculem vulgò dictum fuisse, quod esset om-nium laborum patientissimus, adeo ut nocte intendens è puteo aquam victum diurnum pararet, unde & *Oppianus* dicitur pro Cleanthes, & nihil tamen segnis egeriam operam interdiu navaret philosophia. *Erasm. in Adagio.*

Achilles olim appellabantur milites fortissimi duces: quo-rum de numero fuit Luc. Siccius Dentatus, ob ingenem H fortitudinem Romanus Achilles appellatur, quod eorum et viginti prælis cum hoste pugna-set, nec ullam haberet cicatrice-m averiam. *Gellus lib. 2. c. 11. Erasmus in Adagio.*

Qu. Cocilius miles robustissimus Achilles Romanus ob fortitudinem dicitur.

Pericles filium Paralum contra patria inlitra appellavit, herois indito nomine, quod alioqui non licebat. *Suidas. Hostium.*

Anicorom.

Pamphilus presbyter Laodicenus, Eusebio Cæsare Pa-læstina tam fuit acceptus, ut Eusebius cognomen Pamphilii sibi assumpserit. *Euseb. l. 7.*
Cecilius presbyter Carthaginensis, divum Cyprianum ad fidem Christi converterit. Itaque Cyprianus postea Ceclia-ni prænomen sumpit. *Hieronym. in Catalog. 6. in Conn. in Janam.*